

DE  
COMMERCIO & INDUSTRIA  
H U N C A R I Æ

GREGORIUS BERZEVICZY,

1797.

---

*Plinius in Laudes Trajanis.*

**N**ec vero ille civilius, quam Patens nos  
ster, Auctoritate, Consilio, Fide  
reclusæ Vias, Portus patefecit, Itinera Ter-  
ris, Litteribus Mare reddidit, diversasque  
Gentes ita Commerce miscuit, ut quod  
genitum esset usquam; id apud omnes na-  
tum esse videretur. Nonne cernere datur,  
ut sine ullius Injuria, omnis, Usibus omni-  
um Annus exuberet? Inde Copia & Abun-  
dantia, inde Satietas, nec Fames usquam.

---

LEUTSCHOVIAE,  
TYPIS MICHAELIS PODHORANSZKI  
DE EADEM.





## PRAEFATIO.

**L**ucubrationum mearum tenues  
Primitias , Opusculum de Com-  
mercio & Industria Hungariæ con-  
scriptum , Publico hic offero non te-  
meraria quapiam Eruditionis & In-  
genii Jactantia , verum Studiorum ,  
quibus Salutem Popularium mea-  
rum amplector læta Conscientia.

Opus est imperfectum : né-  
què enim , in hac Materia , in qua  
specialis Enumeratio , & Compara-  
tio , singulorum , atque complu-

rium , perpetuae plerumque Mutationi obnoxiorum Factorum requiritur , primo Periculo , Perfecti & Consummati aliquid suppeditari potest : Et ego præterea , pro multorum & diversorum Respectuum Ratione , ac Temporum Adjunctis , ducere debui Amussum , a qua ne in melius quidem licuit aberrare .

Sed vero in Objecto hoc gravis Momenti , a quo Subsistitia & Prosperitas Incolarum Hungariæ præcipue pendet , quodve Attentionem publicam hucdum si non effugisse , minus tamen occupasse

( ० )

passe videtur : Scriptori privato suf-  
ficiat , eandem excitare , atque Reiu-  
peritorum Virorum maturo Consil-  
ilio proponere.

Quodsi igitur Opusculum hoc ,  
alios ad uberiorem Indagationem ,  
ad temperanda nefars & corrigen-  
da Asserta mea , ad meliora Consilia  
invenienda , exstimplaverit : quodsi il-  
li , quibus sacra Administratiois  
publicae Cura credita est , pro al-  
tiori sua Rerum Notitia & Sapientia  
, ejus Usum quempiam capere  
gratiosè dignabuntur ; — si ad suf-  
ferenda non nulla Subsistentiæ na-

( o )

tionalis Impedimenta , ad augen-  
dam comūnem Prospéritatem , fe-  
lici & beato Effectu , quid contu-  
lerit : — quamquam imperfectum  
sit , Scopum suum , Intentionem-  
que meam consequetur , quam u-  
nicam habeo , & religiosa Pietate  
colo — prodeße Patriæ .

Precor , ut sancti Conatus ,  
tenue Tentamen , Publicum indul-  
genti & benevolo , fuscipere di-  
gnetur Animo .

---

# EPITOME.

<b>Caput. I. Hungariæ Status natura-</b>	
<b>turalis. - - - - -</b>	<b>pag. I</b>
<b>II. OÆconomia. - - - - -</b>	<b>5</b>
<b>III. Opificia , Manufacturæ , Fa-</b>	
<b>ricæ. - - - - -</b>	<b>14</b>
<b>IV. Commercium. - - - - -</b>	<b>18</b>
<b>V. Bilanx Clommercialis -</b>	<b>35</b>
<b>VI. Systema Tricesimale. -</b>	<b>41</b>
<b>VII. Relatio Hungariæ ad Ditiones</b>	
<b>Germanico - Austriacas -</b>	<b>53</b>
<b>VIII. Viæ , &amp; Navigatio -</b>	<b>83</b>
<b>IX. Commercium Hungariæ Se-</b>	
<b>temtrionale. - - - - -</b>	<b>94</b>
<b>X. Theorematæ quædam EOco-</b>	
<b>nomiæ politicæ, - - - - -</b>	<b>102</b>
<b>XI. Duæ Repræsentationes Incl.</b>	
<b>Cottui Scepusiensi relate ad Com-</b>	
<b>mercium exhibitæ , &amp; omnibus</b>	
<b>Regni Cottibus comunicataæ.</b>	
<b>‡ : ‡ : ‡ : ‡ : ‡ : ‡ : ‡ :</b>	<b>124</b>





# CAPUT PRIMUM.

## Hungariæ Status Naturalis.

---

**T**Ungaria intra 45<sup>um</sup> & 50<sup>um</sup> Latitudinis ; 36<sup>um</sup> & 44<sup>um</sup> Longitudinis Graduum sita est: Zona temperata , Climate fertili & octo Longitudinis Gradibus diversa.

Secundum ultimatum Dimensionum Calculum 4500 □ Millaria complectitur : Populatio ejus -juxta Conscriptionem popularem Anni 1787. facit 7, 500, 000. Annas : ducto Calculo pro uno □ Millari ob-

A

ve-

## C A P U T I.

nivit 1665. Anniæ (\*) Hæc Populatio , Ratione Ubertatis Soli exigua , Bellis , cum Aula Turcica & Gente Gallica diminuta est.

Galicia , Lodomeria & Neo acquisita Polonia ; Systemati Austriaco Germanicarum Provinciarum incorporatis , potest afferri : Hungariam undique , vel Austriacis , vel Turcicis Ditionibus cinctam esse , excepta

(\*) De Magnitudine & Extensione Hungariae differunt Opiniones :

*Hermann* in sua Statistica Hungariam , dema Transilvania , 4525 □ Millaria continere dicit , — Populationem autem 5, 850, 000 — , pro uno □ Mill. 1294. Animas assumit.

*Crome* in suis Statisticis Tabellis Extensionem in □ Milliar. eandem 4529. habet : Populationem minorem statuit 3, 790, 000. & igitur illi obveniunt pro uno □ Milliar. in Hungaria sine Illyrico 852 , in Illyrico 767. Animæ.

*de Luca* in sua Statistica ita habet.

Hungaria	□ Mill. 2790	Populatio	6, 974, 000.
pro uno □ Mill.	obveniunt	- - - -	2500.
Slavonia	- 334,	- 259, 000,	- - 700.
Croatia	- 477.	- 207, 000,	- - 500.

præ illa Littoralis Hungarici Parte, quam  
Mare Adriaticum alluit.

Naturæ Donis omnibus liberaliter do-  
cata est Hungaria. Natio illam inhabitans  
Deliciis destinata esse videtur.

Juga Montium Carpaticorum Hungari-  
æ munientia, Medium versus in lætam  
Planicie solvuntur, quam manantes ex Al-  
pibus Fluvii rigant. Aura, Asperitate Al-  
pium gelida, Planitem Aëstu ferventem re-  
creat. Montes Sylvis opaci, Nemoribus  
umbrosi, Colles fructiferi, diffusa Pasqua,  
Campi patentes, Lacus, Forma Maris im-  
mensi, Fluvii torrentes, alii placide ma-  
nantes, & propria sua, & amœna, quain  
formant, Varietatis Pulchritudine, excelsam  
Naturæ Munificentiam indicant. Aurum, Ar-  
gentum, Cuprum, Ferrum, Plumbum, Mer-  
curius, Magnes, Zincum, Antimonium,  
Arsenicum, Sulfur, Lyctantraces, Turfa,  
Naphta, Alcali, Sal fossilis, & coctilis,  
Nitrum, Alumen, Vitriolum, Terra porce-  
lana, Bolus, Gypsum, Marga, Granates,  
Achates, Chrisolites, Jaspis, Chalcedon,  
Carniol, Saphyr, Smaragd, Opalus, Rubi-

Bus, Asbestus, Marmor, Alabastrum, Chrissella, Aquæ minerales; — Gleba fertilissima, Triticum, Siligo, Hordeum, Ave-ra, Milium, Panicum, Oryza, Phagopyra, Pisa, Lentes, Fabæ, Cyclamina, Manna; Dohana (Herba Nicotiana) Canabæ, Linum, Crocus, Papaver, Humulus, omnes Species Olerum, Flores diversissimi, Fru-ctus omnis Generis, in Copia, Peponum, Calcaturæ integræ, Castaneorum, Prunorum, ac Cerasorum, Sylvæ, omnia Arborum Ge-nera & Species, Vineæ, quæ in Orbis co-gnito pares sibi non habent. — Porro Ar-menta illa Equorum, Boum, Vaccarum at-que Bubalorum, Ovium, Vervecum, Ca-prarum, Suum, — omnis Generis Altilia, copia Ferarum quadrupedum non minus, quam volucrum, innumeri Pisces, Amphibia, Apes, Bombyces, Cantarides, — Radic-es & Plantæ, tinctoriæ non minus, quam medicinales — — Cuncta hæc eximia Qua-litate generat Hungaria, beata undique Copia obfusa. Ac dum hic de Clementia Na-turæ loquor, cur non liceat commemorare Charakterem nationalem, qui heroica sua Virtute, ad quævis addiscenda Aptitudine, orientali quapiam Maturitate, & Magnanimita-

## C A P U T II.

5

mitate . ac sepultis tam frequenter in Fa-  
villam , eximiis Ingenii Ignibus , eminet ? —  
Alina itaque Hungaria , tam insignibus Be-  
neficiis , a Natura est dotata , ut si huic  
naturali Eminentiæ cætera quoque æquali  
Mensura accederent , prima Europæ Fasti-  
gia , sua propria Vi , facile occuparet . Vi-  
dimus prosector Celsitudinis hujus Auroram ,  
sub Ludovico Imo & Mathia Corvino .

---

## C A P U T S E C U N D U M .

### O E c o n o m i a .

**R**em agrariam in Hungaria , præter Au-  
striæ ac Stiriae Accolas , illorum Co-  
mitatum Incolæ diligentissime colunt , qui  
montosas , metalliferasque occupant Partes .  
Utrique , hi quidem Popularium suorum , al-  
li Vicinorum Consuetione , indubiam sem-  
per habentes Frugum Venditionis oppor-  
nitatem , Agriculturæ sedulo incumbunt .

**E** contra fertiles Hungariæ inferiores Comitatus, qui nec tam proustant, nec tam certam habent Frugum Venditionem, Agriculturam negligenter exercent, quamquam Ubertate Glebæ felices, Paupertati tamen & Inopiæ magis expositi sunt ob Defectum Circulationis. Unius Anni deficiens Procreatio, extremam ibi causare valer Misericordiam, Hominesque Faine mori evenit. Nomadice vivitur vel in summa Abundantia, vel in summa Egestate.

Pecora cornuta abundaneissime alunt Partes Cis- & Trans-Tibiscanæ inferiores; res ovilis optime succedit, in Comitatibus Albensi, Veszprimiensi, Pestiensi, Comaromiensi, Nitriensi, Bihariensi, & Szarvamentiensi; Sues ubique, abundantiter tamen in sylvosis Beregiensisibus, & Syrmiensibus Terris saginantur; Equaria numerosissima utraqæ Ripa Tibisci alit; Vina eminenter, alba quidem in Promontoriis Tokayenfibus, Soproniensibus, & Posoniensisibus, rubra vero Agriæ, Budæ, in Ményes & Syrmio gignuntur.

Montosarum & steriliū Regni Partium Incolæ Metallurgiam, Salis Fodinatur, Lini & Telæ Culturam, egenæ suæ Rei rusticæ addunt; Migrationes periodicas in fertiliores Regni Partes suscipiunt, ibi pro diurna Mercede Operam suam Campis & Vinea impendentes; atque sic Sterilitatem Glebae soæ, laudabili Industriæ supplent. Hac Climatis Productorum, Alimentationis que diversitate, Partes Regni fibimur invicem junctæ, se mutuo sublevant.

Consumitio, Ratione Procreationis in Hungaria, exigua est. Ordinarie vix Dimidiuni Procreationis consumitur. Omnia Productorum, plerumque vilissima sunt Prezia, & ne his quidem vendi possint. Proprio inter Consumentes, & Producentes nulla. Conscriptionis Anni 1787. perhibet, ad 20. producentes Familias, vix unam consumentem, ad 400. Pagos, vix unam Civitatem obtinere. (\*)

A 4

OEco.

(\*) Eadem Conscriptionis sequentes exhibet Ratios natus Locorum & Incolarum:

Civitates majores

52.

Civi-

OEconomia ruralis illarum etiam Partium , ubi diligentissime exercetur , quantum distat a Gradu Perfectionis illo , quem in Anglia , Helvetia , Belgio tenet. Si in Partibus Regni fœcundis , ad eundem Culturæ Gradum cheheretur , fere mihi persuadeo , cum unius Comitatus Bihariensis Procreationem , totius Regni Alimentationi Anno fertili sufficiatur. Haud temere asserti potest , Hungariam ad duplo tantam Populationem , triplo tantam Procreationem , quam actu habeat , elevari posse :

&amp;

---

Civitates minores	-	-	-	16.
Oppida	-	-	-	582.
Pagi	-	-	-	30747.
Prædia	-	-	-	1505.
Domus	-	-	-	1,072,2182.
Impopulatio sine Confibus &				
Statu Militari	-	-	-	7,116,789.
Clerus	-	-	-	33,265.
Nobilitas	-	-	-	165,301.
Cives , & Opifices	-	-	-	79,354.
Coloni	-	-	-	505,708.
Inquilini Mercenarii	-	-	-	793,270.
Allii ad Ruricolum spectantes	-	-	-	518,131.

## C A P U T II.

9

& ne cum quidem illum Populationis Grandum attingeret , quo gaudet Lombardia , vel Belgium , illa 6840 , hoc 4000 , Animas uno □ Milliari alens .

Proinde ad emolumentum Regni promovendum requiritur , Incrementum Populationis , libera Productorum Evectio , augendaque per id interna ad externa Consumptio . Præjudicata est Opinio , Evectione Quantitatem Productorum minui : quo enim felicior & utilior eorum est Venditio , eo major est Ruricolarum ad producendum Exstimulatio , eo major & ipsa Procreatio . Ut adeo Prohibitionem Evectionis Productorum primæ etiam necessitatis , in hac Hungariæ Fertilitate , semper inanem esse putem , non minus Abundantia Casu , propter ipsam Abundantiam , quam Penuria Casu , propter alta Pretia , quæ & ipsa omnipotem habent Evectionem . Prohibitiones similes pertinent ad palliativa illa Media , quæ velut beroioæ Medicinæ dum momentaneum Alleviamen dare videntur , Morbum re ipsa exasperant . Anglia internæ Proceationis Frugum Summiam auxit eo ,

A 5 quod

quod *Explorationi illarum Præmia Summis publicis statuerit.*

Sylvæ licet in Hungaria vastissimæ fuerint, cæco tamen illarum Excidio, & præsertim turbulentio Egoismo Compositorum, ita desolatæ sunt, ut in Sylvosis etiā Regni Partibus Lignorum adhuc Defectus. Porrigit quidem benefica Natura Substitutum Lignorum pro focali Necessitate, præter Arundineta, Lythantraces, & præsertim Turfani, quæ in Copia per diversas Regni Partes diffusa hæret, sed Cultura horum Productorum, nullibi adhuc vigeret. Solatio saltē est scire, prospexitque Naturam huic quoque jam imminentei Necessitati. Publicis Regni Legibus, & Resolutionibus Regiis, nunc Regulatione Sylvarum imponitus, bonoque Exemplo præcunt Dominia Cameralia. — Sed si difficile est conservare Sylvas, quanto difficultius illas restabilire !

Venatio sine omni Ordine, pro Arbitrio & Pruritu plerumque exercetur. Sunt Regni Partes in quibus Feræ penitus deficiunt. Ubì potentiora sunt bene regulata Dominia, vel Lacus & Montes inaccessibiles, ibi innunera

Fc-

Ferarum Quantitas, Opulentiam naturalem Hungariæ testatur.

Piscatura in majoribus præsertim Fluvii & Lacubus uberrima est.

Metalla & Mineræ Juri regali subsunt. Id quamvis privatis Fodinarum Possessoribus, & forte Aerario etiam minus Lucri reddat: per id tamen ipsa montanistica Manipulatio optime regulata existit.

Vina Hungarica Annorum favorabilium præstantissima sunt: desideratur tamen adhuc penitior physica & chemica Cognitio, Confectionis & Conservationis Vinorum. Qui quidem Physicarum Scientiarum in Universum Defendus, generalis & præcipua Causa est, inculti & neglecti OEconomiæ Hungaricæ Status.

Sericum Providentia Josephi II. Imper. colli cœpit eo Zelo, ut primo statim Tempore Anno 1785. 131. Cent. Serici produceti fuerint, quod Pretio redemptionali computarum 132,000. flor. Circulationem cauſaverac. Imperatore hoc Factis cedente, Industria hæc fere evanuit. Usus Serici & Go-

zypii quidem adeo jam invalidit, ut in primas quasi Necessitates transiverit. Sericum in Hungaria bono cum Successu produci posse, Tentamina Josephina evincunt. Idem de Gozypio existimare licet; nam in vicina Servia feliciter procreatur, & in Banatu quoque primum Tentamien privatum nesciisque successit. Si horum Productorum Cultura in Regno effloresceret: magnarum certe Divitiarum abundans esset Scaturigo.

Si quis Debréczino proficiscatur Bana-  
tum versus, Operæ Pretium facturus est,  
divertere ad Mezőhegyes. A Pago Gyula,  
qui 1500. Domos continet, usque ad Me-  
zőhegyes sunt quinque grandia Millaria,  
inde usque Pagum Tornya tria Millaria,  
neque ullus Pagus seu Vicus, nec Collicu-  
lus est, in tota hac Extensione. In æqua-  
rea hac Planicie situm est Prædium Mez-  
őhegyes, 44000. Jugera continens, in quo  
Josephus II. Imperator Equarium militare  
condidit, cuius Fundatio una cum structis  
Ædificiis æstimatur ad duos Millions flori  
Anno 1794. fuerant Mille Caballæ Matres;  
3000. Equi; 150. Admissarii. 2000. cor-  
nuta Pecora. Omnes Equi quos in Usus  
mili-

militares , Partes illæ Hungariæ , & Transsilvania , Moldavia , Valachia suppeditant , hic Stationem suam nanciscuntur. Huic afflitum est aliud Equarium in Prædio Babolna , quod in Progressu versus Austriacas Ditiones , secundam Stationem præbet. Ita continua est rei equestris militaris regeneratio , atque exinde judicari potest , quantum Mezöhegyes suppeditet , Potentia militari Cæsareæ Incrementum !

Quodsi quis Hungariæ Situm naturalem , cum eo , circumiacentium Provinciarum attentius combinaverit , facile inveniet Commercii Hungarici hanc esse Tendentiam naturalem : & quidem versus Ditiones Germanicas , Pecora , Fruges , Lanam , Pelles , Metalla. — Versus Mare Adriaticum , Ligna , Cineres clavellatos , Dohanam , Carnes saltas , Metalla , Pelles , Lanani. — Ad Turcicas Ditiones , æquali Fertilitatis Gradu gaudentes , nec nimis impopulatas , Manu & Artefacta tantum. — Versus Septentrionem vero , ad vastas Europæ Borealis Ditiones , omnium illorum Productorum Hungariam certain habere posse Evolutionem , quæ abunde producit , quibusve steriliores

hæ

hæ Partes boreales carent: — Vina omnis Generis, Dohanam, Canabes, Fructus, Mel, Mineras, Salia, Gallas &c. Arque hæc Tendentia naturalis, optima & unica est, omnis Speculationis & Ordinationis Commercialis Regula, haud unquam negligenda, infallibile Opulentiae nationalis evolvendæ Medium.

---

## C A P U T T E R T I U M.

Opificia, Manufacturæ, Fabricæ.

**T**ransformandis Usui Hominum, Naturæ productis, occupantur Opifices, Fabricæ, Manufacturæ. Non undique definita adhuc est harum Denominationum Idea & Significatio: sufficiat hic adduxisse Opifices dici, qui singuli in transformandis Naturæ Productis laborant; Fabricas & Manufacturas ubi plures conjunctim huic Labori incumbunt.

## C A P U T III.

15

Anno 1777. elaborata fuit in Excelso  
Consilio Locumtenentiali, Regio Hungarico  
Tabella, quæ perhibet, Hungariam cum  
habuisse Opifices & quidem Magistros - -

- - - - -	13934.
Sodales - -	12316.
Tyroneſ - -	4671.
Universum - - -	30921.

---

In ita totius Populationis Ratione ex  
242. Animabus nonnisi unus est Opifex.

Fabricæ & Manufacturæ tam paucæ  
sunt in Regno, exiguique Momenti, ut  
vix Censum mereantur. — Nonnullæ Offi-  
cinæ Vitrariæ & Chartaceæ pro ordinario  
Uſu occupatæ; duæ Fabricæ in Holics &  
Pondjelek, quæ Valsa Fajence dicta pro-  
ducunt; Fabrica Ceruſæ & Rosolio in Gács;  
alia Panni Xilini (Rattun) Schassiniensis;  
tres Manufacturæ Pannorum in Gács, Te-  
mescvár & Podhering; alia Lanificiorum  
Ovarini; una Coriorum in Comitatu Mo-  
soniensis; Currulis Budensis & M. Varadi-  
nensis; Tibialium Posoniensis; præterea Mal-  
leaturæ Utensilium ferreoruni & cupreorum;  
ac nonnullæ Officinæ coctoriæ; Nitri, Alu-

mi-

minis, Alcali, Tartari; — His circiter rotata Hungariæ Industria absolvitur.

Si quis consideret Pomparam Procerum Hungariæ, Luxum Nobilitatis, selecta Ornamenta Fœminarum; si quis reflectat, vix aliquam honoratiorem Personam esse in Regno Domesticis manufactis vestitam, vix unam distinctiorem Dónum, cuius mobilia maxima Parte non extranea forent: sine Dubio sentiet Luxum, prout *salutaris* est, si ex *Accrescentia domesticæ Industriæ & Culturæ* protuberet; ita nobis, qui peregrini Luxus Mancipia sumus, esse malum desolans. Si ultiro consideraverit, quam facilem & florentem Fabricæ, & Manufacturæ habere possent Successum, cum tanta & tam eximiæ Qualitatis Hungaria suppeditet Producta, cum omnia Vitæ Media tani levè veniant Pretio, & tantus sit Luxus Amor: sine Dubio rotalem hunc Artium & Manufacturarum ac Fabricarum Defectum mirabitur.

Temere hic nobis objiciunt Inertiam atque Pigritiam. Populus Hungariæ ubi mercari potest, industriosus est. — In Oppidis & Civitatibus Opifica vulgaria sedulo exercet; in superiori Hungaria Lino, & Lintei

Con-

& Civitatibus Opificia vulgaria sedulo exercet ; in superiori Hungaria Lino , & Linteis Confectione diligenter occupatur ; Crematum diversi Generis , præsertim Sylvorium distillant Incolæ fertiliorum Partium ; notum Saponem suum fabricant Debreczinenses ; Caseos , Burendam , Olea confluunt in diversis Comitatibus ; Serici Culturam , ita disponente Josepho II. promte suscepereunt Partes inferiores , — Iubenter exercet Industriam Populus Hungariæ , ubi mereri potest , Defectus Industriæ Causa alibi latet.

Existit Bilanx Commercii Hungaric tabellariter elaborata , Diametrum decennalem ab Anno 1777. usque 1786. continens. Patet ex illa , ligneorum tantum fabricatorum ( Meuble ) in Regnum Inductionem facere annue R. flnos. - 229,365.

Nobilioris Telæ	-	1,042,046.
Diversarum Lintearum & Lanearum Materiarum.	-	849,824.
Panni.	-	789,113.
Gozypiaciarum Materiarum.	477,	732.
Sericarum Materiarum.	-	585,443.
Coriorum & Pellium elaboratarum.	-	261,116.
Ferreorum fabricatorum.	-	77,388.
Mercium sic dictarum Norimbergensium.	-	30,000.

Hæc plurimum ex Germanico - Austriae  
cis Ditionibus Regno inferuntur , & sunt  
præterea Opifices Viennæ, Sartores, Surores,  
Lorarii, &c, qui Opificia sua, quasi in Ma-  
nufacturas pro Uso Hungarorum transfor-  
marunt.

Grandi hoc Morbo Hungaria misere-  
squalet , neque hunc supplere valet Natu-  
ræ Benignitas. Hic est Fons ille tristis , c-  
æguæ Populationis , hærentis Industriæ ,  
stagnantis Circulationis , Languoris & Le-  
chargiæ in Subsistentiæ Mediis , denique  
Status illius nomadico luxuriantis , quo Pars  
fucata Specie cultior , peregrina Imitatione  
luxuriat , Pars ineluctabili Miseria premitur ,  
cujus utriusque Comes , Hæresque perpetu-  
us est impotens Delinquum.

## C A P U T Q U A R T U M.

### C o m m e r c i u m.

**T**ibi Commerciū floret , ejus Progres-  
sus Nundinis non eget. Emuntur ,  
venduntur Merces , fiunt Contractus , Cam-  
bia , quemadmodum adjuncta requiriunt , sic-  
que

que quotidie oriuntur Nundinæ. Sed Hungaria ab hoc Flore procul remota est. Exigu , quo gaudet , Commercii Vehiculum sunt Nundinæ , tam hebdomadæs , quam annuæs ; priores Viætualibus , Frugibus , & paucis illis Mercibus , quas Paupertas Ruricolarum adhuc procurare potest , Publicum prouident ; posteriores Oscillationem Motum , Vitam dant Commercio Hungarico.

Pestini in Nundinis annualibus est Centrum Commercii Hungarici. Illuc conveniunt Quæstores Hungari : illuc confluunt Austriae & præsertim Vienenses , Commerciū nostrum captivantes : pauci Turcæ adesse solent. Ibi fiunt Contractus al ingrosso , Permutationes & Cambia , Emtiones , & Venditiones.

Pestino , velut ex Centro , oscillat Commerciū , per omnes Partium Radios ; & quidem versus Moraviam & Austriae , per Jaurinum , Comaromium , Mosonium , Sopronium , Posoniūm ; — versus Silesiam , & Galiciam , per Cassoviam , Eperiesium , Bartpham , Késmárkinum ; — versus Turcicas Provincias , per Neoplantam , Semlinum , Temesvarinum ; — versus Litorale , per

Kanisam , Carlostadium , Flumen ; — Debreczinum nequit Transilvaniam Hungariæ , & præterea est capitale Emporium totius Partis Tibiscanæ .

Frugum ex Hungaria Enectio , in Italicas Provincias , tum duntaxat momentosa est , dum hæ Sterilitate Anni Penuriam patiuntur. — Stiria & Carniola licet ex Procreatione propria vivere nequeant . ordinariis tamen Annis parum admodum Frugum ex Hungaria admittunt , diversos Obices Quæstoribus Frugum ponentes , partim provincialibus suis Impositis , partim Vexis Molitorum & Pistorum , Præemptionem sibi vendicantium , & iniqua illa Dispositione , qua a Frugibus Hungaricis , si haud venditæ revehantur , eardem iterum , quam in Ingressu jam præstiterant , solvere cogunt Impositam . — Austria etiam præter Casum Penuriæ evchendis Frugibus stabile Emporium præbet , & Axe per Sopronium , quod abundantissimas Frumento habet Nundinas , & adverso Danubio per Ramum Érsek Ujvariensem , magnani Frugum Copiam accipiens . Amplam Urbis Viennensis Consumptionen , Quæstum hunc necessario depositare existimo , licet qui-

quidem graduali hoc Frugum Quæstu, qui Comitatum plane Bacsiensem Undulatiōne sua contingit, Moravia quoque ex Parte provideatur. Jaurinenses & Comaromienses Nautæ, utilem hinc Commercii Ramum promovent. Galicia steriliores Regni Comitatus contingit, & tum demum Evectionem Frumento Hungarico graduali per Nundinas Oscillatione præber, dum Defectum patitur. — Septemtrionales Regni Comitatus, Scepusiensis, Liptovichis, Arvensis, qui e Procreatione sua vivere nequeunt, providentur Frugibus, ex vicinis fertilioribus Comitatibus, cuius Commercii notabile Emporium est Oppidum Meczenzéf.

Commercium Vini quamquam naturali Rerum Coordinatione, præcipuum & tale esse deberet, quo Hungaria, Septemtrionali Europæ dominaretur; nunc tamen in magno est Deliquio. Antea Silesia, Polonia, Borussia, Svecia, Russia Vino Hungarico providebantur; & omnino maxime naturale est, ut Boreales hæ Partes Vinum, quod Natura illis negaverat, & quod tanto avidius appetunt, ex vicina Hungaria accipient, quæ illud & levi Pretio & diversæ optinæ

Qualitatis & satis commode Medio Fluviorum Vistulæ Oderæque subministrare potest. Sed postquam Austriacarum Fabricarum Causa, omnia Manufacta Borussica prohibita sunt, & hi vicissim Producta Hungarica prohibuissentur; postquam in vicinissimum nobis Galiciam, & Poloniam, Austriaca Vina, ab Omni Portorio libera, vchi cœpissent; & ipsa Galicia, quamquam Juris Hungarici, in Austriaçam Provinciam transformata fuisset; postquam omnibus, quas Europa Borealis his Temporibus subivit, Mutationibus, nullo commerciali Tractatu, Evectioni Vinorum Hungaricorum prospectum, quin potius eidem, propter Austriaca Vina, varia Impedimenta posita fuissent: Commercium hoc adeo imminentum est, ut versus Septemtrionem, ultra Galicianu, Silesianu, Varsoviam, nulla fere amplius sit Vinorum Hungaricorum Consumtio, & omnia hæc vasta Borealia Regna, Vinis Rhenanis, Gallicis, & Hispanicis provideantur. Hujus proxima Sequela est, Culturam Vinearum Hegyallyen- suni (Tokayensium) nunc majorem in Modum intercidere. Rari sunt Vinearum Possessores, quibus Sumtus Vineales redderentur; continuant adhuc colere Vineas, quia-

magna Capitalia illis investita habent, & Specie restabiliendi Commerciū aluntur, quam si deposituerint, Excelsa Promontoria Hegyallyensis, sensim derclista, negliguntur.

Durante hoc Bello Gallico, quo partim prohibita fuit Vinorum Gallicorum in Russicas Ditiones Invectio, partim impedita Vinorum Rhenanorum & Gallicorum Cultura & Evectio: Hungarica Vina, tamen Hegallyensis, quam Budensis, Agriensis & Ménysesensis majori Copia evocabantur; Baro Schvcikhardt felici Successu Commercium hoc promotebat, partim per Albinum & Hamburgum, partim per Oderam, & Stetinum. Sed sublate per modernum Imperatorem Russicum hac Prohibitione, restabilito jam in eiusda Pace Europæ Commercio, usitata Evectiouis huius notabilioris Spes evanescit.

Ceterum evocabantur Vina praesertim per Passum Bartphensem & Késmackiensem, Chalvensem, ac secundo Poprado, qui Fluvia Dunavecz iunctus, cadit in Vistulam, siveque opportunam Evictionem fluvialem in Europæ Septentrionalis Partes præbet.

Triste fuit Hungaris observare, dum occupata ultimum Polonia, Vina Austriaca sine omni Portorio Cracoviam, & in totam Partem occupatam Poloniæ in Copia vehi vidissent: dum interea Vina Hungarica, priori exoticæ Tricesimæ semper adhuc subiecta, in vicino Scapusio coacervata hærcabant.

Austriam versus plane iniquus est Commercii Vinorum Status. Quemadmodum tenuia, acida, pumicata illa Vina Austria-ca, libere in Hungariam omnimode invchere licet; ita e contra excellentia Vina no-stra, nonnisi erga gravem ultra 30. per Centum facientem Impositam in Austriacas Provincias nobis evehere fas est. Quinimo & Transitus per has Provincias in Imperium prohibetur, & singulari Aggravamine adverso Danubio, Vinum seu in Austria, seu per eam in Imperium vchere non admittitur. (\*)

Copio-

(\*) Identitatis Causa liceat hic adducere alie nonnulla Data pressi Commercii Hungarici:

Si Austriaca Fabricata Hungaricus Questor, propter malam Qualitatem, forte remittere vult, in Remissione pro illis in Austria grave Exoticum Portori-  
um

**Copiosæ** sunt in Imperio Querelæ , Vina  
Hungarica , quæ per Viennenses eo mittun-  
tur , vitiata esse & destruēta.

**Ante Bellum septenne florentissimum  
Commerciū cum Vinis Soproniensibus , Ru-**  
**B 5** **sten-**

---

um solvere debet , ut hac Ratione a qualis de-  
numcuque Mercis Remissione deterreatur.

Sevum , si ex Hungaria in Exoticas Provincias  
efferatur , i. R. fl. 30. xr. , si vero ex Germanico  
Austriacis Provinciis efferatur , tantum 3. xr. 30 malis  
Portorii solvit , ut hoc modo Hungarici Sevi Ex-  
portatio per Austriacas Provincias obtineatur.

In Partibus Soproniensibus & Tyrnaviensibus ,  
quamprimum cuperunt Globos & Grandines plum-  
beas , nec nou argillacea Utensilia fabricare : Plum-  
bum & Gluten illoco gravatum est , prius i. R. fl.  
posterior 1. R. fl. 18. xi. Portorio Tricesimali ,  
ut scilicet fabricatio hæc impediatur.

Anno 1795. Tempore ultimæ Frugum Penuriaz ,  
licet omnis Generis Frugum Evectione ex Hungaria  
strictissime prohibita fuisset : Viennenses tamen Qua-  
stores , ex Hungaria magnam Frugum Quantita-  
tem evehabant , & Dantisci Metretam a 4. Aureis  
yeadebant.

stensibus & Raziniensibus viguit in Ditiones  
 Borussicas, quæ omnes Vinis his se provi-  
 debant, & pro illis manufacta sua diversa  
 Lintea, Lanca & Gozypiaccea inferebant.  
 Species hæc fuit Commercii illius permutati-  
 vi (Baratto Handel), quod non parato Ære,  
 sed Permutatione Productorum decurrit,  
 quod præ omnibus aliis maxime practicabile &  
 utile est, quippe quod intra diversorum Re-  
 gnum Subditos faciliter admittitur ideo,  
 quia utraque ex Parte Produkta effert; quod  
 licet paratam Pecuniam non inferat, Efflu-  
 xum tamen ejus impedit; quod denique  
 Quæstoribus, Speciem hanc Commercii ex-  
 ercentibus plurimum fert Lucri, cum ex  
 proprio suo Prouento, tui ex eo, quod  
 Commutacione accipiunt. In hoc quidem  
 Casu Quæstores Partium Soproniensium &  
 Posoniensium dabant Vina sua, pro Manu-  
 factis Borussicis, in utroque lucrantes. Sed  
 postquam, Austriacarum Fabricarum Causa,  
 Manufacta Borussica prohibita fuissent: Bo-  
 russi vicissim Vina Hungarica prohibentes,  
 illa evchere desierunt. Cessante horum Con-  
 sumtione, Partem illarum Vini Cultura adeo  
 diminuta est, ut in solius Urbis Sopronien-  
 sis Territorio, Vineæ, quæ antea 64000.

Hu-

Hubas effecerunt, ad Medietatem plane, id est 32000. Hubas defecerint. Tantam igitur Partem Vini Culturæ, tot Millie Incolarum Subsistentiæ Media Regnum annis, insuper adhuc Damnum patiens in eo, quod pro Mercibus his linceis, lanceis gozypiacis, quas antea a Borussis pro Vino accipiebat, nunc aliorum, unde scilicet hæ inferuntur, parata Pecunia effluat.

Profecto mirandum est, qualiter hoc Commercii Vinorum Hungaricorum Aggravio, tanta adhuc esse possit illorum Evectio: juxta Diametrum prædictam decadentalem efferuntur nunc pro sco, 694. R. A. Est hoc evidens Documentum eximiae illorum Qualitatis, est certum Indicium, quæ illorum Copia eveneretur, si grandia illa cesserent Obstacula.

Pecoribus & Peudibus Hungaria olim, præter Austriacas Provincias, Italiam, Venetias, & Imperium Germanicum providebat: nunc Commercii huins Ramus ad Austriacas Provincias restictus est. Pelluntur quidem adhuc in Imperium annue ad 40,000. Boves, sed hunc Quæstum jam non Hungari

gari, verum Austriaci Quæstores exercent. In Tibiscanis inferioribus Comitatibus, Incolæ præcipue Re pecuaria occupantur; cum Frumentum nullum Pretium habeat; nec vendi possit. Vasta sunt ibi Prædia, æquoreæ Planities, copiosis Armentis luxuriantes. Proprietarii, vel Arcendatores horum Prædiorum, plerumque Græci, & Armeni, Pecora partim ad Nundinas Pesticenses depellunt, partim advenientibus co usque Lanionibus Hungaræ, Austriacis, & Moravis vendunt. — Sues præsertim ex Sclavonia, ad Germaniæ Provincias Septemtrionales pelluntur. — Tota superior Hungaria Provisionem suam in Pecoribus & Pecudibus, ex inferiore petit.

Hungaria, potissimum Austriacis Provinciis scpta, systematicæ Commercii Hungarici Restrictioni facilem præbuit Effectuationem, id quod Cursus moderni Commercii determinat. Sericeæ, coriaceæ, pellicceæ Fabricæ in Austria; Lanceæ in Moravia; Linæ in Silesia; plutimum effloruerunt. Ad singulas has Provincias ex Hungaria, pro concorrentium Fabricarum necessitate, cruda Materialia, plerumque exclusive evéhuntur,

tur , & vicissim ex singulis his Provinciis concernentia fabricata Hungariæ plurimum invehuntur. Ita propria sua Producta , transformata vicissim emunt Hungari , in Venditione non minus , quam in Emtione damificati. In Austria plurimæ Pelles , & Cutæs , Gallæ quercinæ , ac nonnihil ex Serico exportatur ; vicissim inde plurimi Pilei , coriacea & pellicca fabricata ac sericæ Materiæ inferuntur ; — In Moraviam Lana Hungarica , Cineres clavellati exportantur , & contra maximia pannorum & laneorum fabricatorum Quantitas invehitur ; Silesia Tellam & Rēs linteas ; Stiria ferrea sua & alia fabricata invehunt : præterea quidquid Mercium illarum , quæ Galanterie & Nurenberger Waaren dicuntur , habemus , pretiosa , acu picta , aureas argenteasque Mercedes , omnia hæc Vienna potissimum accipit Hungaria.

Exoticum Commercium Regnum pro moveri solet *Tractatibus commercialibus* , quibus Cursus Commercii in Genere , ejusque Favores definiuntur , Impedimenta removentur. Sed Hungariæ hac in Parte parsum prospectum est. Cum Imperio Russico &

& Porta Ottonianica defixam habet Correlationem commercialem , Providentia quidem Josephi II. Imp. Aug. qui inito cum singulâharum Aularum commerciali Tractatu , mutuum Reciprocum , pro Hungaria etiam stipulaverat. Ex Russa iisdem Favoribus inferuntur Rcs pelliceæ & Coria , quibus vicissim Vina Hungarica illuc evahuntur. Ex Turcicis Provinciis autem , Dictamine commercialis Tractatus , inducenda , & eorum evahenda , tria per Centum duntaxat solvere deberent , quod tamen in Favorem Austriacarum Provinciarum modificatur diversa Ratione. Inferuntur a Turcis Gozypium , Lana Macedonica , Sericum crudum & coloratum , Coria Saffian & Cordovan , Caffe , Merces Levantinæ & Orientales : evahuntur autem , præter Linteum & Panni viliores Species , talia plerumque fabricata , quæ Hungarus Quæstor à Viennensibus procurare debet , Panni scilicet subtiliores , Horologia , artefacta Chalybea , Carpenta , Porcellana , Specula ; & hujus etiam Commercii præcipnam Partem , ipsi Mercatores Viennenses immediate exercent.

Est Viennæ Societas privatorum *Abaldo*  
dicta ,

dicta , quæ Jus Monopolii Dohanae & Tabacæ ; in Provinciis hæreditariis Germanicis habet. Institutum hoc ab Initii exiguis crevit in immensum. Quippe Leopoldo I Imperatori , Apparatum suum venatorium restaurare volenti , & de Sumptibus necessariis follieito , Comes Kevenhüller proposuit , se cotuin Apparatum suis Sumptibus restauratum , si Jus Monopolii Dohanae & Tabacæ in inferiori Austria sibi collatum fuerit , id quod resolutione Cæsarea obtinuit. Hoc postea extensum est ad omnes hæreditarias Germanicas Provincias , ac collatum Judæo Aguillar , erga solvendos annue 400 , 000. flor. strenue in Contrarium representantibus omnibus fere Dicasteriis Austriaco - Germanicis . A Judæo Aguillar , Jus hoc Monopolii transivit in diversas Societas privatas , quæcum una aliam sequebatur , ex potentioribus Quæstoribus Viennensisibus constantes , multum elevato anno Censu sive Arenda , quæ circa Annum 1780. constitit in 1, 792 , 250. fl.

Tentatum est diversis vicibus Monopolio huic Adaldo , subjicere immediate Hungariam quoque , quæ quidem ab immediata subjectione huicdum manifesta iniquitas , media-

re tamen eidem subjecta est , quippe quum nihil Dohanæ ex Hungaria , cvehere licet , ut tanto leviori Pretio Abaldo Dohanam in Hungaria , per Commissionatos suos , quos in Locis Procreationis ejus dispersos habet , coemere possit . Commissionati hi plerumque Contractus prævie inire solent , de vendenda sibi Dohana , quorum Conditiones diversa Ratione interpretando , dum ad Ei-tes deveniunt , Foro Comitatensi , aut Regni Dicasteriis subesse detrectant , verum Cau-sam ad Directores Instituti . sui Viennam transiit , Actores simul & Judices in pro-pria sua Causa , atque Jurisdictionis Regni Vio-latores . Ne ad exoticas quidem Provincias cvehere licet Dohanam ex Hungaria , sine peculiari Indultu Directionis Abaldo , qui Libello Supplici expetendus , & certa Solu-tio prævie pendenda est , ut adeo totius Dohanae Commercii , interni non minus , quam exoticci , liberum habeat Abaldo Arbitrium !

Gàlicia & Lodomeria , nec non Neo-occupata Pars Poloniæ , eidem plene sub-jecta est , & incredibile dictu , quantum ibi sit , ad Abaldo pertinens Personale , quan-ta Revisorum , Super - Revisorum , Inspec-to-rum ,

rum, Rationistarum, Controlistarum, Commissionariorum, Obequitorum &c. Copia! In sola Neo adquisita Polonia Anno 1796. non obstante gravi necessitate bellica, 500. habebant armatos Equites.

Cæterum magnam quantitatem, & diversæ Speciei Dohanam generat Hungaria, in Tolnensibus, Quinque-Ecclesiensibus, Ugociensibus, & Rakomazensibus Partibus, multumque perfici cœpit Producti hujus Cultura Studio Josephi II. Imper. adscitis in Regnum extraneis Dohanæ Cultoribus, & procuratis optimarum Specierum Seminibus.

Quodsi libera ejus in exoticas Provincias admitteretur Evectione: sustineret facile Concurrentiam Americanæ Dohanæ, qua nunc Septentrionales Europæ Partes exclusive fore providentur. Bello Anglico-Americano, quo impedita fuit Americanæ Dohanæ in Europam Invectione, ampla fuisset Opportunitas, hunc Industriæ, & Commerciī Ramum, ad altius eleuare Fastigium. Sed Emolumentum inde promanans, Hungaria vix sensit, utpote quod in privatum suum Lucrui convertit Abaldo. Nunc etiam satis elevato Pretio, Dohana Americana, in

Partibus Europæ Septentrionalibus venit ; Centenarius plerumque etuor Aureis venditur , quo Pretio Hungarica Dohana medio Fluviorum Oderæ & Vistulæ , cum notabilis Lucro evehi posset.

Gallarum quercinarum , quæ in diversis Hungariæ Partibus abunde crescunt , Quæstus æque gravatus est. A pluribus Annis earum Evectio penitus prohibita fuit , nunc admissa quidem , sed enormi Portorio somali i. R. fl. 15. x. a Metreta Posoniensi , quæ circiter 100. a 100. facit , gravata Amplum Producti hujus Commercium exclusive tenent Viennenses Quæstores , qui complura Depositoria in Hungaria locata habent , ac Gallas levissimo Pretio coementes , Viennam & inde in Imperium evehunt. Meretur imprimis Reflexionem , quod , a quo Tempore Viennenses hi Quæstores , Commercium hoc maiorem in Modum exercent , Prohibitiones Producti hujus non cessent.

## C A P U T Q U I N T U M.

## Bilanx Commercialis.

**B**ilancem Commercii Hungarici non obstantibus Capite præcedenti commemo-ratis Obstaculis, activo pro Hungaria Statu consistere, multi asserunt. Ita deducitur ex Consignationibus Officiorum *zomalium* collectis, & mutuo combinatis. Supra memo-rata Bilanx Tabellaris decennalis, juxta decem Annorum Diametrum exhibet:

Annuum Exportationem - 12,667,080 R. fl.  
Annuum Importationem - 10,078,575.

Proinde annum Activum.

Pro Hungaria - - - 2,588,505.

Hoc profecto si verum foret, novum esset, incredibilis Hungariæ Fœcunditatis,

& inexhaustibilis naturalis Opulentia Documentum !

In hac activæ pro Hungaria Bilancis Suppositione , Ratio Systematis Commercialis Austriaci fundatur , vel potius dannosum illud Systema , arrepto hoc Prætextu palliatur. Dicitur nempe , *Ne Activum Hungaricum , nova semper capiat Incrementa , sicque omnem sensim , Provinciis Austriacis Pecuniam extrahat , e Re totius Monarchiæ esse , bunc Hungariæ Progressum Systemate Commerciali impedire.*

Metus prorsus inanis ! Nam ex ipsa Indole Argumenti patet : Activum hoc ipsum , cum in Naturæ productis primæ Necessitatis consistat ; per Populationem pro Ratione Accrescentiæ necessario auctam , enata inde majori Consumptione domestica sufferriri ; adeoque hoc , quod metuunt , ipso eo , quod metuitur , evanescere , & ipsum Progressum , Limitem desideratum impedientem , ponere.

Ut Status activus vel passivus , totius Regni erui possit , necessum est , omnem Pecuniæ Effluxum & Influxum , accurate annotatum calculare. Regesta somalia , accurata

tam hanc Consignationem , per Naturam suam continere nequeunt , utpote in quibus omnia illa desunt , quæ Prævaricatione , & Corruptione effervuntur vel inferuntur ; quæ Manipulationis Celeritate , vel Inexauditudo emanent ; quæ Itinerantes diversæ Condizioni recondita habent ; denique omnis Pecunia in Parato , Visitationi haud obnoxia.

Sed præterea in Bilance hac , multæ Effluxus Pecuniæ ex Hungaria Rubricæ desunt , Influxus nulla exmissa , & ideo Resultatum falsum prodire necessum est.

Desunt autem effluxus Pecuniæ ex Regno Rubricæ sequentes.

*Imo* Summæ illæ omnes , quæ ex Montanistico anno Viennam defervuntur , quæcūc ex parata ciusa Pecunia , ex Proventu Urburæ , & Lucro Redemtionis Metallorum constant , ac detractis omnibus Summis efficiunt 3,000, 000. R. fl. Jam ergo sola hac Rubrica allegatum hoc actuum superatur.

*ad. Desunt* Summæ illæ , quas pro Cle-  
nodiis ,  
C 3

nodiis, Vestibus pretiosis, ac Mercibus va-  
riis, Hungari Viennæ coram expendunt.

**3to** Summus illi, quos Hungari potentissimi partim continuo Viennæ habitantes, partim illuc Negotiorum aut Recreationis Causa divertentes consumunt.

**4to** Proventus Camerales, Salinares, Tricesimales, Lotteriæ Viennam expediri soliti.

**5to** Interusuria & Capitalia, quæ Hungari Debitores, Creditoribus Viennensibus solvunt.

**6to** Summæ quæ pro Taxis, Expeditionibus, Officiis, Honoribus, Donationibus, Armalibus Viennam solvuntur.

Omnia hæc in Bilance exmissa sunt, & vel levissimo Calculo computata, quam tam Pecuniae Vim efficiunt! Proinde patet evidenter, totum hunc Tabellarem Calculum erroneum, huic superstructum assertum, Veritati contrarium esse.

Quodsi Hungariae, præter id, quod in parata Pecunia excuditur, annue mediis tertius

tertius Millio accresceret : quantis Divitiis regurgitarent Hungari ! Quanta Pecuniae Massa inundarer Circulationem domesticam , cuius tamen intolerabilem Defectum , quis est Hungarorum , qui non sentiat ?

Contribuens Contributionem suam summa solvit Difficultate , violentis Executionibus illam extorquere debent Perceptoratus Officia , & ipsa innumeris Restantiis involuta ! Plebs contribuens Miseria premitur ; Civcs & Opifices egene substitunt ; Nobilitas minor vix pro Convenientia Status sui eluctari potest ; Nobilitas major Sumtibus vix sufficit ; Mercatores , Quæstores , majorum Speculationum incapaces in minutis suis Negotiis ubique adhaerent ; Clerus major fors dives dici potest , non Opulentiae a Regni , sed Bonorum & Redituum Amplitudine , quo excepto paucos admodum divites privatos habet Hungaria . — Atque hoc Rerum Situ qualiter vel concipi potest , Bilancem Hungariæ activam esse in annis 2  $\frac{1}{2}$  Milliobus ?

Allegant quidem Argumentum , quod Pretia Bonorum immobilium , & omnium Rerum in Hungaria crescant , annua Inter-

usuria a legali Sex per Centum , ad Quinque per Centum sponte deciderint , quod non aliunde quam ex Accrescentia Activi Hungarici provenire posse afferunt. Sed Consequentia hæc non subsistit. Nam Augmentum Pretiorum , & Diminutio Interusurorum , non semper ex reali Accrescentia Massæ Pecuniæ , sed frequenter ex celeriori effuentia Pecuniæ Circulatione provenit. Id quod re ipsa in Hungaria ita sit. Transit per Hungariam ingens Pecuniæ Massa , sed non regianet , verum in Ditiones Austricas effuit , & præscriptum Viennæ coacervatur. Transitu suo , hos qui allegantur Effectus producit , id quod ubique evenire solet , ubi *Coloniale* Systema obtinet. Et ita duplicito Malo affigitur Hungaria : Apparen-  
tia Divitiarum Symtomata , premat exha-  
sta Paupertas , Regnum perdit Pecunias suas ,  
& transitoriae vehementioris Circulationis Effectu , adhuc magis depauperatur , ad Cry-  
sim Mortis politicæ deproperans ; quemad-  
modum in Morbo physico , rubor Faciei ,  
vehementiori Circulatione Sanguinis cau-  
sus , periculosissimum est Indicum.

## C A P U T S E X T U M.

## Systema Tricesimale (\*)

**T**ro Reparatione, & Conservatione Via-  
rum, Aggerum, Poneum, Trajectuum,  
solvitur *Telonium & Naulum: Portorium Tri-*  
*cesimale, vel Vectigal Commerciale*, ab his di-  
versum est: solvitur a Productis & Merci-  
bus, Titulo Lucri Commercialis sperativi;  
in Hungaria *Tricesima* nuncupatum, quia  
Tricesima Pars seu Lucri sperativi seu Va-  
loris Mercium, Commercio imponebatur.

C 5

Solu-

---

(\*) Quæ Capite hoc exponuntur, ex erudito  
Opere Suæ Excellentiae Nicolai Skerlecz, Com-  
merciali Regni Deputationi exhibito, me sumisse,  
ac cæterum etiam ex Actis I. Regnicolaris hujus  
Deputationis me haussisse, grata Veneratione reco-  
gnosco.

Solutions somales Carolus I. Neapolitanus primus introduxit.

Sub Sigismundo Rege Reditus somales, non ad Ærarium Regis, sed ad Cassam Regni pertinebant.

Sub Mathia Corvino, Reditus h̄i iam Ærario Regio inferebantur, in Trigesima Valoris Mercium Parte desumti. Quatiter Cassa Regni Proventus hos amiserit, qualiter Trigesima Valoris Mercium Pars definita fuerit, Operæ Premium force uberius indagare. Solutio hæc faciebat  $3\frac{1}{3}$  per Centum.

Dum Regia Dignitas in Domum Austriae translata fuisset Anno 1527. Systema Tricesimale, & Commerciale perfecte æquale obtinebat in Austriacis Provinciis, ac in Hungaria, æquali profus & mutua Reciprocitate, ab omnibus Ingredientibus, & egradientibus Mercibus ac Productis, solvebatur  $3\frac{1}{3}$  per Centum, in Austriacis Provinciis æque ac in Hungaria.

Enim vero qui aliter fieri posuisset? Statuum & Ordinum Regni Hungariæ Vol-

Iunctate , translata eē Regiæ Dignitas in Principes Austriæ , ut Hungariam juxta proprias Leges , propriam Constitutionem ac Independentiam gubernarent . Tantum abest Hungariam Translatione hac Regiæ Dignitatis , factam fuisse , seu Provinciani , seu Coloniali Austriae : ut potius Hungaria Conditiones proposuerit , quibus Principes Austriaci Regimen Regni conformandum haberent .

Possefforium Principum horum , illa Ætate consistebat , ex Austriacis Provinciis i. e. Austria ipsa , Styria , Carniolia , Carinthia , Tyroli , denique ex Moravia & Bohemia . Hungaria cum Partibus ad eam pertinentibus bis tantum faciebat omni Respectu . Dum igitur Desiderii & Conamini sui principalis , obtinendæ Regiæ Dignitatis in Hungaria , tandem compores facti sunt Principes Austriæ , vastæ Acquisitionis Gaudio læti , Partem novam potentioresque , omni Attentione , & Distinctione amplectebantur , Modum Subsistentiæ Hungarorum nullatenus gravabant , plenam Industriæ & Commercio Hungarico Liberatem tribuebant , omnique Postpositio ne

solerter evitata , Systema Tricesimale , & Cursus Commercii , perfecta cum Austriacis Provinciis Æqualitate , decurrebat .

Æqua hac Ratione unum integrum Seculum effluxit .

Circa Annū 1625. Status Austriacarū Provinciarū , qui eotū formalī Comitiorū Jure gaudebant , non plane amico , & bonæ Harmoniæ , Vicinitatisque sensu animati , Productis , & Mercib⁹ Hungaricis , ultra trigesimam Valoris Partem , seu  $\frac{1}{3}$  per Centum , dimidium adhuc , igitur insinulū s. per Centum in Limitibus suis defumendum imposuerunt , ac ex hoc Proventu , Cassæ suæ provinciali , non Ærario inferendo , peculiarem sibi provincialem Fundum consti- tuerunt .

Status & Ordines Hungariæ modestissimum e contra adhibuerunt Medium , eodem Anno 1625. celebratis Comitiis , Regi & Imperatori Ferdinando II. id queruloſe proponuerunt , qui Art. 1. & 32. ejusdem Diætæ promiserat , auctam in Productis Hungariæ 30malem Solutionem , in Austria , Styria , Moravia , Silesia , sublatum iri . Nullum

Nullum Lex illa habuit Effectum; quem  
decem Annis patienter præstolabantur Hun-  
gari.

Post Decennium, 1635. Art. I. 55. &  
1638. Art. 6. Status & Ordines Regni Hun-  
gariæ Repressaliis utentes, Leges conduunt,  
*ut ultra competentem Ærario Principis Tri-*  
*gesimam Valoris Mercium Partem, ab Au-*  
*striacis Productis in Hungaria dimidium ad-*  
*buc dependi debeat.* Atquæ ex hoc Proven-  
tu, peculiarem non pro Ærario Regio,  
sed pro Stipendiis Confiniarii Militis Fun-  
dum constituerunt, eadē proflus, ut in Au-  
striacis Provinciis ante Decenium factum est,  
ratione.

Jam vero Austriacæ Provinciæ, trans-  
gressis omnibus bonæ Cointelligentiæ Limi-  
tibus, multifarias Productis Hungaricis im-  
ponebant Solutiones, diversissimis sub Tie-  
lis, quas Landständische Auflagen nominab-  
ant: aliqua Producta absolute prohiberi  
fecerunt. — Vini Hungarici, ne in exoticas  
quidem Provincias per sui Gremium Evectio,  
multo minus in sui Gremio Venditio adminis-  
tebatur; — Expulsio Pecorum Hungaricorum  
æque prohibebatur; -- imo eo Res deducta fuit,  
ut Hungaris ne in proprio quidem suo Terri-  
torio

torio per Portum Bucari , Boves in Itali-  
am pellere licuerit , verum illos per Styri-  
am & Carnioliam , ubi graves Impositas sol-  
vere debebant , pellere cogebantur.

Contra graves has Injurias , Status &  
Ordines Regni singulis fere Comitiis , acer-  
be querulabantur , Justitiam & æquale Reci-  
procum reclamantes : In Comitiis Leges  
condebantur , in quo huic Medelam adferentes .  
Art. 79: 1681. liber , id est æqualis Quæstus  
inter Hungariam & Provincias Austriacas ;  
— Art. 75: 1715. liberum Vini ; — Art.  
119. 1723. 27. 1741. liberum Boum & alio-  
rum Productorum Commercium stabiliebatur ,  
sed omnia hæc manserunt sine Effectu . Re-  
spondebat frequenter ad Querelas Hunga-  
rorum , quod Sua Majestas , cum Statibus  
Austriacarum Provinciarum , quos Res alte-  
ra Parte concerneret , tractatura & congru-  
am Medelam , in quantum Ratio earundem ,  
admittet , positura sit . Licet nullus unquam ,  
cum Statibus Hungariæ , quæ eandem Vice  
versa Rationem meretur , eatenus Tractatus  
habitus fuerit .

Sentiebant Status & Ordines Hungariæ  
grandem Jacturam , quæ ex inde in Regnum  
redundabat . Conabantur ulti gravis huius  
Morbis

Morbo Remedia adferre: Anno 1655: Art. 100. Deputationem ordinarunt , quæ Projectum reformati Commercii elaboraret: hæc nec quatuor Annorum Spatio Laborem paraverat. Urgebant Comitia Objectum Anno 1659: Art. 67. sine Effectu. — Anno 1681. Art. 44. eadem Adversio — iterum inanis. — Anno 1715. Art. 91. Objectum hoc Tabulae Regiae concreditum fuit — sine Effectu. — Anno 1720. Art. 2. Consilio Locumtentiali Regio Hungarico deferebatur — inaniter. — Anno 1741. & 1751. Novæ Adversiones — æquic inanes.

Quoad Media , in patriotico hoc Conamine Majorum nostrorum adhibita , id unum observare liceat , molem Legum Hungaricarum , in Comitiis pro Exigentia Circumstantiarum , sine prævie defixo Systemate latarum , perspecta jam quamplurium Impracticabilitate adeo esse debilitati , ut id , quod energicam , Difficultatibus obnoxiam Effectuationem exigit , iuxta Inarticulacione haud sufficienter fulciatur : Dicasteriorum autem Conamina , similibus in Objectis , ex Indole Rei parum esse potuisse efficacia.

Hac

Hac Ratione trahebatur maximum Momentum Subsistentiæ Incolarum , & Opulentia Regni Hungariæ ducentis quinquaginta Annis. Nunc sequebatur altera Epochæ , qua juxta Determinatum & Publicum Systema , Res Industrialis & Commercialis Hungariæ , Nexusque indissolubili , omnis in Hungaria subsistendi Modus , magno totius Regni , omniumque ejus Incolarum Aggravio , regulabatur.

Anno enim 1754. & 1755. Tariffa , seu Veetigal Tricesimale prodiit Viennæ , & pro exacta Observatione dicasterialiter expeditum fuit ad omnia 3omalia Officia :

Ut Hungari Commercio exotico excludantur , illudque non alias , quam per Quæstores Austriacos decurrat , adeoque Lucrum primæ Manus hi habeant , disponit hoc Veetigal Commerciale , ut Quæstorii Hungaro , qui exoticas Merces , non ex prima exotici , sed e secunda Austriaci Quæstoris Manu cinerit , a Portorio Tricesimali , quod in Loco Emisionis deponebatur 5. per Centum in defixis Austriacis 3omis restituuntur. Quæ Stationes Retrosolutionales (3u-

rūd.

Fürd;ahlungs Pläge) dictæ sunt; Constituto simul eo, nulla alia, quam hac Via, Merces exoticas Hungariæ invehiri licere. Hoc Instituto, totum Inductionale Exoticum Commercium devolvitur ad Quæstores Austriacos, qui quoad has Merces Hungariam taxare possunt pro Lubitu.

Porro: Ut Fabricæ & Manufacturæ in Austriacis Ditionibus ad summum Florem evehantur, in Hungaria autem impediantur, ac igitur illæ indubiam habeant in Hungaria Venditionem, idem Vectigal disponit, ut:

Omnium illorum Productorum, Naturalium, quibus Austriacæ Provinciæ egent, ex Hungaria in exoticas Provincias Evectio, vel penitus prohibita, vel majori 30mali Imposita gravata sic: siveque Austriacis, viliissimo Pretio veniant.

Omnium illorum Manufactorum, quæ Austriacæ Fabricæ ipsæ jam exhibere possunt, ab exoticis Provinciis in Hungariam Invectio, vel simpliciter prohibetur, prout in Annis 1764. & 1767. factum est, vel gravi Impositæ 30mali; 30. & 60. per Centum efficiens subjiciatur.

Ut Manufacta Hungarica , in Invectione ad Austriacas Provincias , velut Exotica : Austriaca autem in Invectione ad Hungariam , velut domestica tractentur : & igitur illa 30. per Centum , hæc 3. per Cent. solvant.

Denique Austriacis , in Hungaria Quæstum exercentibus , multiplices peculiares favores concedebantur ; poterant in Depositorialibus Locis , Merces pro Consumo vel Transito declarare ; credebatur illis Imposita Zomalis &c. quoram reciprocum Hungarorum Quæstores nunquam habebant.

Atque inde patet , Systemate hoc Zomali ad eum prorsus , relate ad Austriacas Provincias , Statum Hungariam positam fuisse , qui Colonialis dicitur , quive inter Gentes barbaras Indicas , ac nonnullas Europæ Provincias obtinet.

Omnia hæc partim ipsa Tariffa , partim successivis Ordinationibus inducta sunt , & licet variæ per Partes , & pro Adjunctorum Exigentia factæ fuerint Mutationes , Spiritus tamen Systematis , relate ad Hungariam , manet

mansit semper idem. Ita c. g. Institutum Retrosolutionis haud diu substitit; & hoc quoque, licet improspero Beneficio, privati sunt Quæstores Hungari. Prodiit in hujus Locum, *Naturalisationis* Institutum: degiebantur scilicet, pro Hungaria Austriacæ Civitates Depositoriales, per quas duntaxat Hungaricæ Mercæ Exoticæ invehere licebat, persolutis omnibus Impositis zomalibus; quod postquam præstiterunt, Mercæ hæ habebantur pro *naturalisationis*: id quod Exoticum Commercium magis adhuc Austriacis Quæstoribus exclusivum reddidit, quam Retrosolutionis Institutum.

In hoc Situ Commerciali fuit Hungaria ad Annum usque 1775.

Maria Theresia Augusta Precibus, & Repræsentationibus Hungarorum vita, memor, se æque esse hæreditarium Regem Hungariæ, ac hæreditarium Archiducem Austriæ, parique se obstrictam esse Populis Moderationi Suæ concreditis, Amore & Justicia; — memor heroici illius Zeli, quem Natio Hungara pro Conservatione Domus Suæ testata est: iniquum hoc Systema suffer-

re decrevit. — Quamobrem & Consilium  
Commerciale Viennense , quod eousque su-  
premam Commercii Directionem exercebat,  
& Intendenzani Tergestanam Anno 1775.  
abrogavit : Supremam Commercii Directio-  
nem, Cameræ Aulicæ & Ministeriali Banca-  
li Deputationi concredidit mutuo Concursu  
cum Dicasteriis Hungaricis in futurum ex-  
ercendant. Littorale, & Portum Fluminen-  
sem Hungariæ restituit, Commerciūque Exo-  
ticum Hungariæ reddere volens, Independens  
Gubernium Hungaricum Flumine constituit,  
denique ut justum & æquum Vectigal elabo-  
raretur , clementer ordinavit. Hæc fuit clemens  
& justa Piæ hujus Matris Intentio : Sed  
quam procul remansit Effectus !

Impediebatur omni Conatu , ne totum  
Littorale Politico - Commerciali Hungari-  
æ Jurisdictioni incorporaretur : Pars ejus  
major , Confinio Carolostadiensi militariter  
applicata , imediatæ Bancalis Deputationis  
Jurisdictioni subiecta fuit. Commerciū Hunga-  
ricū omni possibili Modo distrahebatur ,  
derivato Tergestum ejusdem Cursu. Ter-  
gestinus Mercator in multis Mercibus 240.  
flor. per Centum Beneficium habuit , præ  
Fluminensi Mercatore. Pro-

Proposita autem Vectigalis Reformatio trahebatur per omnia Dicasteria in longum & latum. Postquam Hungarica Dicasteria Opiniones suas dedissent : Austriaca Dicasteria , Responsa sua exhibebant , quibus priori Systemati inhærentes , totam Reformationis Ideam adeo involverunt & implicuerunt , ut hæc penitus adhæserit.

Tristis est Sensus , dum Hungari , longo Annorum Lapsu , Concives suos Austriacos , invido hoc erga se affectu , experimuntur ; duin vident justa Conamina ipsius Imperantis pertinaci Studio verti in Contrarium ; adhiberi cuncta , quæ Subsistentiā Hungarorum gravare possunt ! quod quidem tanto magis mirari oportet , quod diversis licet Provinciis , eodem tamen Regimine conjugatis , talem in socia Viscera exercere affectum , proprium ipsius Regimini Interesse prohibeat.

Josephus II. Imperator , ex omnibus Monarchiæ Austriacæ heterogeneis Partibus , unum idemque Corpus gyganteum , sublimi Spiritu , formare volens , Rei etiam Industriali & Commerciali , novum dare

conabatur Elatereni. Maximam Partem Mer-  
giūm Exoticarum prohibendo, Anno 1784,  
— 1788. novum edidit Vectigal Tricesimale.

Sed & in hac totali Rerum Metamor-  
phosi, noxiūm Hungariæ Systema, tamen  
remansit (\*) iuxta complicitas enīm Vec-  
tigalis hujus Dispositiones, Hungarus Consum-  
tiona-

(\*) JOSEPHUS H. Imperator, aperta sem-  
per Fronte Scopum suum petere asetus, Systema  
hoc Austriae, datis ad Excel. Comitem Can-  
collarium Hungariæ dd. 30mæ Decembr. 1785. Lä-  
teris, ita professus est: Es wird endlich von dieser  
Entscheidung abhangen, ob Uingarten in Verhältniß  
zu den übrigen Erbländern, auf gleiche Art mit  
selben im Handel und Wandel zu begüns-  
tigen, oder vielmehr in Gegenthil, als  
eine bloße Colonie, zu betrachten seye,  
aus der man durch die möglichste Erschwerung et-  
ter mehreren Verbreitung ihrer Kunsterzeugnisse gegen  
die übrigen, in der Belegung, ganz außer Verhältniß  
mit ihr besüblichen Erbländern, und durch Erhal-  
tung sehr geringer Preise der Feilschästen im Lande, zur  
wohlseilern Verpflegung des dort verlegten Militärs,  
so viel Vortheil als immer möglich ist her-  
raus

tionale & Effituale Portorium bis; Transfusione semel: — Austriacus vero Consilium & Effituale semel, Transfusuale vero ne quidem, solvit. Unde sequitur, Hungarum cum Exoticis Mercibus, ad domesticam dimicat Necessestatem restringi: Austriacum vero, &

D. 4

ad

raus zu ziehen trachten müsse; ohne entgegen auf den Wieder-Einfluß einiger Summen, modurch sie den übrigen Provinzen schädlich würde, jemals denken zu können &c.

Scilicet proposuerat, liberam Hungariae Industriam & Commercium ea Conditione, ut iuxta Systema Physiocraticum, omnis Fundus equaliter subjiciatur caeri, & igitur Nobilitas etiam contribuat. De quo quidem, aliud est consultare multo aliud imperare. Ponamus utrius esse Physiocraticum Systema, num eo, quod Regnum avitæ sua Constitutionis tenax, illud non suscipiat, Jus vasci patet, id Industria & Commercio gravare, & ad Coloniale Statum deprimere? Eadem Constitutione nostra, quæ Systema Physiocraticum excludit, & Contributionem in 4, 393, 249. finis defigit, Regi Hung. Proventus tribuit, qui Contributionem quadruplo superant, sc. insuper Emolumenta procurat, quæ Austriae Provinciarum suppeditare nequeunt, de quibus infra uberiorius agetur.

ad hanc , & ad Hungaricam , & ad exoticarum Provinciarum Consuptionem se extendere.

Porro manent Provinciales Austriacarum Provinciarum , quibus Commerciu[m] Hungaricum gravatur , Impositæ , & Fabricata etiam Hungarica , velut exotica tractantur , fabricatis Austriacis , Classem domestico[r]um continentibus.

Præterea separata[m] instituit Josephus Imperator Rei totius *zomalis* Directionem , quæ Hungaricum etiam Quæstum , non habita Legiuni Regni Reflexione , dirigeret : Hungarica *zomalia* Officia , cum Austriacis conjunxit , quo factum est , ut Reditus *zomales* Hungaricos , ad Cameram Hungaricam spectantes , Deputatio Bancalis Vienensis obtineret.

Denique Diversitate Impositarum *zomaliu[m]* , Localitate Officiorum Capitalium , & Depositorialium ; eam Vectigali hoc Commerciu[m] accipit Directionem , ut Progressum suum , eminenter per Austriacas Ditiones sumere debeat.

Josepho II. Imper. fatis sunto , licet

Vc-

Vestigia hoc in nonnullis modificatum fuerit: Spiritus tamen Systematis relate ad Hungariam mansit idem, quin immo ultimis his Annis, complurium Productorum Hungaricorum, Pecorum, Frugum, Gallarum, Pellicium, &c. Evectionis Prohibitione, exhausto aliquin Regno, tanta enata est omnis Circulationis Stagnatio, omissis Industriæ Letargya, paratæ Pecuniae Jaetura, ut ipsa Vis Subsistentiæ vitalis jam jam evanescere videatur. Atque ex his patet; Systēma hoc Tricūsmale & Commerciale eo tendere:

1<sup>mo</sup> Ne in Hungaria Fabricæ, Manufacturæ, ac generatim Industria exurgat, sed his, omni possibili Ratione impeditis, Hungari Fabricata Austriaca accipere cogantur.

2<sup>do</sup> Ut Austriacæ Provinciæ cruda Producta Hungariæ, quibus tam pro Alimentatione propria, quam pro copiosis suis Fabricis necessario egent, vilissimo Pretio, exclusive, interdicta frequenter illorum ad exoticas Partes Evectione, semper habeant.

3<sup>ro</sup> Ut Hungari ab immediato Nexus Commercii Exotici arcessantur, & illud per

D 5

Manus

**M**anus Austriacorum Quæstorum, valido suo  
Lucro; decurrit.

Quanta & quam eximia oportet esse  
Dona, quibus alma Naturæ hoc Regnum li-  
beralissima Manu dedit? cum penes destru-  
ctorum illud Systema, tot Annorum Usu im-  
viceratum, Hungaria, Naturæ suarum  
Virium labore, non tamen se ipsam, in  
hoc, quem cernimus, Statu conservare; sed  
& Sororis suis Provinciis, tantum opiu-  
lari potuerit?

---

## C A P U T . S E P T I M U M .

**R**elatio Hungariae, ad Ditiones  
Germanico Austriacas.

**T**Ungariam prærogativas Constitutionis  
sue, Fertilitatem Climatis sui, re-  
dimere debet: Existentia sua, non Industria-  
li, — ejus naturali Ubertate, Austriaco Ger-  
manicas Ditiones dicescere: omnis Experi-  
cia testatur, primoque patet Obire.

Hoc Systema ab iis, quorum interest, speciosis Argumentis propugnatur, quippe dicunt:

*Si Hungariæ Libertas Industriæ & Commercii concederetur, exponerentur per id, præsentissimo Ruinæ Periculo, omnes Austriacæ Provinciæ: quia Hungaria, Fertilitate Climatis sui supereminens, accedente Industria & Commercio, illas omni merendi Modo privaret, ac præpotens evaderet.*

Profitentur igitur, altum Culturæ & Potentiæ Gradum, quem Hungaria naturali Virium suarum Evolutione attingeret, si huicdum posita Impedimenta relaxarentur saltem. Enimvero de Relaxatione tantum Vinculorum, quibus Hungaria captivatur; de Facultate tantum Industriæ & Commercii; non de ejus activa Promotione, Quæstio est:

Suppositio hæc Ruinæ Austriacarum Provinciarum non subsistit.

An Ruinæ exposita est sterilior multo Helvetia; eo, quod vicina sit, fertiliori meridionali Galliæ? Floret utraque æquali Industriæ & Commercii Libertate. Britan-  
nia,

nia , quæ Regiam Regni Dignitatem , in Domum Hanoveranam , pari Ratione , ut Hungaria in Domum Austriacam transtulit , num candem Restrictionem propter Hanoverianas Provincias patitur ? — Scotia , & Anglia ; Norvegia & Dania ; — Regna eodem Gubernio conjuncta , Fertilitate Climatoris , & Constitutione diversa , non distinguuntur Systemate adeo noxiō , & coexistunt feliciter , sine Ruina Partis sterilioris . Omnes Provinciæ fertiles viciæ sunt sterilioribus : an ideo vel steriles perire , vel fertiliores occidi debent ?

Quin potius ea est Omnipotentis Providentiæ Clemens Sapientia , ut quævis Natio , quævis Provincia , suam propriam habeat subsistendi Facilitatem , propriam Abundantiæ Speciem ; ut unius Abundantia , subveniat alterius Inopiam , & vice versa ; ut hac ipsa diversitate in Partibus , & Harmonia in Toto , mutuus Regnorum & Gentium Nexus Necessitate provocetur , neque ulla re magis Felicitas Provinciarum promovetur , quam libera , ab omnis Coactionis Aggravatione iniunxi , Existentiæ suam meliorandi Facultate.

Sed

Sed vero Austriacæ Provinciæ, nequicquam sunt tam steriles, ut hoc Periculum vel possibile sit. Quod in eximio Fertilitatis Gradu, illis relate ad Hungariam descendit, resarcitur perfectioni multo OEconomia ruralis Statu, quo hæ Provinciæ Hungariæ adeo superant, ut ne Comparatio quidem institui possit. Tam paterno, & Sollicitudinis pleno Regimine Provinciæ hæ gubernantur, ut præter excultum OEconomia Statum, omnes possibles Fabricæ, ac Manufacturæ ibi floreant, & felices hæ Provinciæ omni exuberent Opulentia.

Nolo Lectori molestius esse prolixo Catastro omnium harum Fabricarum, & instituenda, cum Statu Hungariæ Industriali Comparatione. Solius Urbis Viennensis Statuti Iudicialem, ex Consignatione Annū 1780.. hic adjicio, (\*)

So-

(\*) Lingua quidem Germanica, cum arduum sit, pro novis his Artium Inventis, novas creare voces Latinas: Buchdrucker 1. a. Kupferstecher 16. Kupferdrucker 6. Niederlager 37. Großhändler 27. Staufleute

Solius igitur Viennensis Urbis Status Industrialis , quantum superet totam Hungariam , quisque vider ( Conf. Cap. III. ). Ab Anno autem 1780. Vienna permultum Industria crevit , Opera Josephi II. Imperatoris. Neque minor est Fabricarum & Industriæ omnis Generis , in ipsis Provinciis Austria- cisis , & Urbibus provincialibus Abundantia.

Tanta

Leute , al in grosso s. Kaufleute , die mit Comtoirs haben 4. Spezerey - Händler 49. Material - Händler 10. Gold und Silberstof Händler 7. Seiden Händler 21. Seiden Zeug Händler 55. Current Waaren Händler 14. Nürrenberger Waaren Händler 12. Weisse Waaren Händler 27. Husstepper 8. Galanterie Händler 6. Ledet Händler 2. Eisen Händler 12. Luch Händler 13. Puliner Handlung 1. Wolles Händler 11. Wash Händler 10. Krämer 59. Juvelier 14. Edel Stein und Cristal Schneider 19. Porzelân Fabrik 1. Emaillier 6. Graveur 10. Uhrblattlecher 3. Gold und Silber Drat Zicher 37. Goldplattspinner 7. Goldschläger 6. Gold und Perl Sticker 27. Gold und Silber Spitz Fabricken 2. Compositions Fabrikanten 17. Galanterien Stahl Arbeiter 27. Orientalische Compositions Fabrik 1. Spiegelmacher 5. Glasschneider 4. Glas Schleifer 3. Groß Uhrmacher 28. Klein Uhrmacher 19.

Gamet

Tanta Industria, tanta Consumtio, & Circulatio, quantum accrescit adhuc per id, quod Monarchiae Sedes, omnium Virium Centrum, Residentia Imperatoris, sic in Sinu Austriae. Sola Urbs Viennensis Provinciis his plus Opulenciarum fert, quam Hungariæ, omnis

---

Gamet - Stof - und Seiden - Zeug Fabriken 9. Seiden Zeug - Dintuch Fabriken 99. Zeug Desinateur 4. Seiden Zeug Apretur 2. Filatelisten 4. Seiden Flor Fabriken 4. Seiden Band Fabriken 17. Seiden Meister 28. Posamentierer 137. Seiden Färber 18. Strumpfmacher 64. Crepinmacher 9. Manchester Fabrik 1. Rotton Fabrik 1. Marseiller Zeugmacher 15. Tuch und Rothenmacher 10. Tuchscherer 2. Wollen Zeugmacher 14. Spalier und Tapich Fabriken 1. Baumwollen Flor Fabrik 1. Baumwollen Flor Weber 12. Haras Band Fabrik 2. Wollen Strumpfwirker 19. Baumwollen Strumpfstricker 2. Hut Fabrik 1. Hütter 40. Ungrische Schnürmacher 3. Schönferber 1. Andere Färber 8. Leder Manufakturen 9. Rotgärber 18. Weißgärber 4. Kirschnet 44 Handschuh Fabriken 5. Handschuhmacher 19. Hombeschel Fabriker 3. Zivirn Manufakturen 4. Leinweber 41. Leinwanddrucker 12. Tombak und Gaiten Knopf Fabriken 2. Metallene Oehrn, Knopf Fabriken 5. Englische Metall Waaren Fabrik 1. Drat Zug Fabrik 1. Eisen und Messing Dratzierereien

omnis illa Ubertas, Consumptione destituta. Inanes sunt Leges nostræ, ut Rex Hungariæ in Regno resideat: magnum Urbis Capitalis & Residentialis Emolumentum, non dimitunt e Manibus suis Austriaci.

Arque hic Rerum Situs, tanti Temporis Usu roboratus, quantam jam accepit  
Con-

Heraien 2. Schellen Fabrik 1. Schnallen Herzel  
Fabrik 1. Metall Waaren Fabrik 1. Zinn Fa-  
brik 1. Schnallen Fabrik 1. Büchsenmacher 8.  
Flaschner und Svengler 3a., Gelb Güller 18., Glo-  
ckengüller 5. Kirtler 23. Uhr Gehäusmacher 7.  
Supfer Schmid 9. Sturz Messerschmide 16. Ma-  
thematische Instrumenten Macher 4. Meßing Nagel  
Macher 2. Radler 27. Nagel Schmide 7. Feilen  
Hauer 9., Sporner 7. Schleiffer 12. Schnallenma-  
cher 15. Schröppel Macher 6. Schwerdtfeger  
33. Zeug Schmide 16. Zinn Gießer 12. Waderle  
Fabriken 4. Waderle Macher 6. Holz Waaren Fa-  
brik 1. Papier Fabriken 3. Laktirer 6. Büchsen  
Gießer 3. Glas Waaren Fabrik 1. Glaser 32.  
Gips Fabrik 1. Blei Stift Fabriken 2. Siegel  
Wachsmacher sehr viele, Papier Tapet Fabriken 2.  
Papier Mühlen mehrere, Lauten und Geigenmacher  
32., Orgel Macher 10., Trompeten Macher  
2. Pergament Macher 4. Petschier Stecher 2.  
Rosolic Brennerey 1. Seifen Geist Fabrik 1.  
Seiten

fūtentiam ! quātas Austriacis procurare debuit Divitias ! Populatio Provinciarum harum , non obstante prætextuata Sterilitate , Hungaricam plus duplo superat. Status Industriæ & Coinmercii , num cum Hungarico vel comparari potest ? Contribuentes Austriæ melius subsistunt , commodius & amoenius vivunt , quam in Hungaria minor illa Nobilitas. Num unquam audivimus Incolas Austriæ Miseria interire , Fame mori , prout in Hungaria evenit. Comparemus invicem Urbes , Pagos , Secessus , Habitaciones , Vitæ Rationem , annon experiemur cuncta hæc in Austriacis Provinciis multo esse splendidiora ? dum nos in ipsa Naturæ Productorum Abundantia Paupertate luctamur , & summo Pecuniæ Desiderii conquisitum Obulum , solerter Marsupio recondere nitemur , mox peregrinæ Necessitatis illecebria eliciendum ; illi , Opulentia Vitæ nos despicientes , Superioritatis suæ superba Conscientia , Opibus , Divitiis , Pecunias , re-

E

gur-

Seiten Mächer 9. Edelsmeister 9. Steinmeij 12.  
 Zucker Bäcker 14. Chocoladen Mächer 29. Gold  
 und Silber Galanterie Arbeiter 127. Die Hand-  
 werker , als Schneider , Schuster , Tischler , Was-  
 gner , Schmiede , Hafner &c. nicht mit gerechnet.

gurgitant. Persuasum mihi quidem habeo ; ipsam hoc Argumentum , desuntum a Periculo Ruinæ Austriacarum Provinciarum , ex admittenda Hungariæ Industria , non accuratioris alicujus Effectuum & Causarum Combinationis ; sed illudentis cuiuspiam opiparæ Petulantiae , Inventum esse ;

Ponamus nunc Hungariæ , Industriæ & Commercii Libertas concedatur , qui erunt Effectus ?

Producta nostra naturalia , si liberam Evectionem nastra fuerint , majoreni habebunt & Consumptionem & Venditionem , Pretio crescent , & accedente hoc Stimulo , in majori Quantitate producetur , — Circulatio influente majori Pecuniæ Summa augmentabitur ; — Occasio mercandi , vivendi Media augebuntur ; — Populario multiplicabitur ; — Fabricæ & Manufacturæ pedetentini consurgent ; — Commercium internum reviviscet , sensimque exundabit in externum quoque.

Provinciæ Austriacæ , hac Rerum Mutatione quidammittent ? — Producta illa , quæ pro domestica Necessitate sua , a nobis , nunc quidem Monopolio quasi accipiunt , aucta versus omnes Partes Evectione , primo

mo triennio circiter , cariori solvent Pre-  
cio. — Reflexe dico , *primo triennio* : quia  
proximo hoc Mutationis Termino evoluto,  
cum cuncta hæc Producta , Ubertate Cli-  
matis , accedente Industria , multiplicari pos-  
sunt , Erectio resarcietur , majori interna-  
Procreatione ., Spe Lucri indubie causata ;  
— & igitur redeunte , quo Natura , Lege  
sua , semper tendit , Æquilibrio , Pretia quo-  
que horum Productorum redibunt ad natu-  
ralem suam Mensuram.

Porro ; — Fabricæ & Manufacturæ , in  
quantum cædem forent , quæ jam in Au-  
striacis Provinciis existunt , Venditionis  
Campum his restringerent ; & quo plures ta-  
les emergerent , eo magis restringeretur Au-  
striacarum Fabricarum Venditio. Sed hic  
Effectus tardius duntaxat , evolutis aliquoc  
Decenniis subsequi potest. Longo Tempore  
egent Fabricæ donec se perficiant , & in-  
choant̄ , cum antiqua , Usu jam firmata , con-  
currere nimis arduum est. Permutum requiri-  
tur , ut Hungaricæ Fabricæ , in Viciis  
Austriacarum , jam adeo perfectarum , efflore-  
scere & his derogare possint , Quod quidem  
etiam si cveniret , illos maxime concerneret ,

qui Fabricarum suscipiendarum capaces sunt ; Divites & Potentes Speculantes : hos autem quis impedit , se Hungaricarum etiam Fabricarum participes reddere.

Totum proinde id , quod Austriacæ Provinciæ , Liberteate Industriæ Hungaricæ , amitterent , reducitur ad altiora aliquantum Productorum illorum , quæ a nobis accipere debent , Pretia , primis aliquot Annis duratura , & ad quainpiam Fabricatorum suorum Successu Temporis , Venditionis Restrictionem . Einerent a nobis cariori Prelio , primo Triennio , Fruges , Pecora , Pelles , Lanam , Dohanam , Gallas &c. — Vendent difficilius , evoluto Quadrante Secuti , Pannum , Pileos , Res Iorarias , Utensilia ferrea , sericeas Materias &c. Quæ , an talia sint , ut Ruinam ita opulentium Provinciarum causare possint , quisque judicet.

Hæc sunt , quæ Austriacis Provinciis , æquali cum Hungaria , inducenda Industria & Commercio , decederent : sed ad ferdum Judicium adæquatum , necessario commemorare debeo ea , quæ iis exclusive manerent : — Superioritas illa , quæ ex Rei Indole

dole, ab altum Industriæ Gradum, quo nobis inde a Seculis prævalent, & ex ipsa Situatione Geographica, qua omnes Fluvii ab illis ad nos decurrent, nos semper ab illis dependentes reddet; — Commercium Exoticum cum Mercibus Indicis, & aliis; — Nexus propior & arctior, cum Gentibus Commercialibus, Anglis, Hollandiis, Belgis, Gallis & Imperio Germanico; — Commerciuni Italicum, imo & Turcicum per medium Hungariam, in quo Hungari Speditores tantum esse possunt: In cunctis his dominantem Partem retinebunt ex Natura Rei, & missis omnibus aliis, vel ideo, quod Viennam Monarchiæ Centrum possideant; summae Regiminis Directioni semper præsentes, qui in ipso illam possidentes, Circulationem Pecuniae in Manibus habentes; & ad omnia primo, maxime favorabili, Momento, influentes.

Ac tandem reflectendum est ad contmoda illa, quæ exinde, in ipsos Austriaeos redundatura sunt, qualia sunt: Audita Pecuniae per Hungariam Circulatione & Massa, toto longo Tempore, quo Fabriæ Hungaricæ, ad sui Perfectionem ege-

## C A P U T VII.

bunt, fabricata sua tanto plus & melius  
vendent, quanto ditiores erunt Hungari: — Omnia Debita Austriacorum apud Hu-  
ngaros, quae nunc saepe adhaerent, haud ra-  
zo pcreunt, tunc promptius & certius incas-  
tabuntur: — Æmulatio exinde cum Hungaria  
oritura, illos extimulabit ad impendendam  
curatiorēm Industriam, quo Stimulo nunc  
carent, cum sciant, quid & qualiter de-  
municunq[ue] fabricaverint, Hungaros eme-  
re debere: — ac cum utilior semper sit, Ne-  
xus Commercialis cum Opulentibus, quam  
cum miseris, in Necessario hoc, quem &  
Natura, & idem Summus Princeps requirunt,  
Commercio, omnino Austriacis etiam utilis  
erit, resurgens ex Emancipatione Opulen-  
tia Hungarica.

Cuncta hæc summatim exposita perhibent,  
ab Industriæ & Commercii Hungarici Liber-  
tate, Austriacis Provinciis, nec Ruinam,  
nec hujus quidem Periculum imminere.

Sed ponamus Emancipationem hanc  
Hungariæ, esse nocivam Austriacis Provin-  
ciis, num ideo Jus exsurgit bis Provinciis,  
Hu-

*Hungariae Servitutem Commercialē & Industrialē imponere?*

Hungaria, est Regnum per se, & pro se, propriam suam Constitutionem, separatam Existentiam; plenam Independentiam habens. Asscuravit sollicite excelsa hæc Iuris, dum Regiam Dignitatem in Augustam Domum Austriacam transtulisset, Capitulatione, & Diplomate, solenniter inito; innumeris Legibus, Tractatibus, Pacificationibus, & iuratis Sacramentis roborata; Singulos Domus hujus Principes, peculiari Diplomate, Sanctimoniam & Inviolabilitatem Jurium horum, in Aditu Regiminis, dum coronauer, confirmare oportet. Ergo quemadmodum in politica Administratione: ita etiam relate ad Statum Subsistentiæ Industriali, Industriali, & Commerciali respectu, nulli alteri Provinciæ subordinari potest. Relate ad Austriacas Provincias, Hungaria est Regnum, plene & penitus Independentis, suique Juris: Identitas Personæ, cui suprema Regiminis Potestas concredita est, nullum hic supereminens Jus, nullam Subordinationis Obligationem inducere potest: Gubernantur diversæ Partes, suis quæ-

vis Legibus , sua propria Constitutione , separatim & ab invicem independenter . Quid , quod si non idem foret Hungariæ & Austria-  
cis Provinciis Imperans , an Tricessimale hoc Systema , an Suppressio hæc Industriæ & Com-  
mercii , an Aggravatio hæc Subsistentiæ Na-  
tionalis obtineret ? Annon vel Tractatus Commercialis vel reciproca Repressalia , ad removendam , lethalem hanc Jacturam adhi-  
berentur ? Atque adeo , quod ab illis pro-  
fus peregrinis Jure desiderari posset , an nunc , in Nexu hoc sororio & fraterno , minus præ-  
tendi posset ? Quemadmodum Majores No-  
stri , primis Periodi Austriacæ Temporibus 1625 Art. 32. 1635. 1. 1638. 6. aëtui fecerant , sed postea Turbis perpetuis impediti , con-  
tinuare neglexerunt . Hoc nostrum innega-  
bile Jus , hanc Independentiam , & natura-  
lem Justitiam , tanto magis reclamare possu-  
mus , quod ejusdem justi Principis , Sacratissimæ Suæ Majestatis , Regimini subsumus , cui  
pro suo Fidei & Legis Amore sublimiori ,  
quam ut alterutri , Parti prævie addicatus es-  
se possit , Justitiam æqua Ratione , eminenti  
suo Jure distribuere , Sacra est Voluptas . (\*)

Re-

---

(\*) Absit a me procul , omnis alter Scopus , qui-  
cunque

Regnum quod Valore suo , Extensione  
videlicet , Populatione & Fertilitate , omnia  
Regna Europæ secundi Ordinis superat : Re-  
gnum , cuius Vires internæ facile in Duplum  
evehi possent : num hujus Perfectionem &  
Florem , propter Partem multo minorem , in-  
pedire convenit ? nonne id ipsi Emolumento  
Regnantis Principis aperie aduersatur ? Hun-  
garia cum Partibus , ad eam pertinentibus ,  
evidenter est Pars principalis Monarchiæ  
Austriacæ ; Extensione sua , plus Medicitate  
constituit ; Populatione parvæ Medicitate  
minus , totius Monarchiæ ; nulla singillati-

E 5

varum

bunque forte mihi appangi tentaretur , præter unum  
illum , quem profiteor , ostendere me velle gravem  
Iacturam , quam Regum , cuius me quoque Mem-  
brum esse glorior , in his patitur , exponereque Ju-  
stitiam Desiderii communis , — Sed cum Thesim ,  
quam propono , multos Adversarios naturam con-  
stet , sufficientibus , nec jejune prolatis , Argumen-  
tis , me illam fulcire oportet , quod tanto ma-  
jori Fiducia facere me posse existimo , quia intimei  
persuasum mihi habeo , Emolumentum Regis me-  
Clementissimi , Domusque ejus regnantis Augustæ  
ac totius Monarchiæ , idem deposceré.

varum Provinciarum, sub Regimine Domus  
Austriacæ constitutarum, tam os Proveniens  
in Parato solvit, quanto Hungaria, licet  
*Contributionem immediatam* habeat mini-  
mam. Emolumenta, quæ Augusta Domus  
Austriaca *mediatae* ex ea percepit, sunt in-  
comparabilia: Tota Administratio Regni po-  
litica & Judiciaria nihil constat, Comitatus  
se ipsos solvunt ex Cassa domestica, Dic-  
teria politica & Judiciaria habent Fundum  
auti Salis Pretii, Anno 1723 constitutum;  
— pro Intertentione Militiae adest Contri-  
butio Militaris; — Habet Rex Reditus am-  
plissimos, ex vastis Bonis Cameralibus, ex  
Tricesimali & Salinari, & Montanistico, ex  
Proventibus Bonorum Cleri intercalaribus;  
— Systema Fiscalicatum Coronæ, quo Bo-  
na Nobilitatis ad Fiscum revoluta, vicissim  
emittunt, siveque Hungaria semet ipsam con-  
tinuo redimit, nonnulli praebet Redituum pe-  
rennem Fontem; — præterea est Primitu-  
aria omniū Productoruū primæ Neces-  
sitatis; Metallorum omnium non minus pro  
Usibus quotidianijs, & Bellicis, quam pro  
Circulatione Pecuniae, Eorum pro Militia  
Equestri, etiusque Intertentionis Militaris;  
— Denique Militia Confiniaria, Subsidia ex-  
tra-

traordinaria , & Obligatio Insurrectionis , quæ quantum addant Potentiaæ Cæsareo Regiae Pondus , quantas in Necesitatis Casu Vires , sine ullo Cassæ supremæ Financialis Onere , præsens atrox Bellum sufficenter testatur ; — Cumcta hæc inexhaustibilia sunt Commoda , quæ Austriacæ Provinciæ nunquam suppeditare possunt. Profecto si Prædilectionem Locum habere oportet , eam præ omnibus aliis , meretur Hungaria , quæ *Honore Conservatoris* Monarchiæ Austriacæ merito gloriatur : Nec potest habere Augusta Domus regnans firius Potentiaæ suæ Politicæ Fulcrum , solidiorem Basim , quam in Hungaria.

Sed Hungaria Prædilectionem hanc nunquam appetebat. Justitiæ & Æquitatis Sensu ducti Hungari , nil desiderabant aliud , quam ut in Regimine totius Monarchiæ , æqualis & reciproca sui , ut aliarum Provinciarum habeatur Ratio , id quod stricta Justitia , Emolumentum Summi Principis , & Regni hujus Dignitas , omnino deposcunt. Idea Aviticitatis & Radicalitatis Austriæ , post Sanctionem pragmaticam , quæ æuali Jure hereditario omnia Regua & Provincias con-

jungit , in Titulum inanem evanescit ; — reale autem Emolumentum Augustæ Domus Regnantis id depositum , ut illa Ditionum Suarum Pars , præcipua gubernetur Sollicitudine , quæ eidem & nunc plurimum prodest , & accedente speciali illa Cura , duplo tantum adhuc prodest potest .

Atque dum hæc scribo , existimo me egregie defungi , fidelis Regis mei Subditi , & boni Patriæ Civis Officio . Justa sunt , quæ pro Patria peto ; Regis Emolumentum est , quod urgeo . — Seculorum Res cumulabit Fortuna , in unum Diem hunc felicem ; pio Regimini Majestatis Sacratissimæ , utilitati reservatum , quo Eadem Altefacta Majestas , Suspiriis tot Millionum deferre , Inclytoque huic Regnæ , Libertate Industriæ & Commercii , Prosperitatem & Opulentiam , clementi & paterna Manu , propinare dignabitur ! Inevolutæ hærent Hungariæ Vires , vixdum passim pullulant , suffocatae : quas si evolvi & florere , benigna Justitia permiserit . Majestas Sacratissima , præter propriæ Suæ Potentiarum Incrementum , quantum opere exaltabit Amorem illum , Fiduciam & Zelum fidelis Hungariæ , quem toto Regimini .

geminis Ejusdem Tempore , sui ipsius oblita , testata est . Tum vero novam Epocham ordinetur Existentia Hungariæ , Auspiciis Trajanii Hungarici , & , quodsi omnes Generationes futuræ , Creatorem Prosperitatis Nationalis , Benedictione venerabuntur sua : ipsa Posteritas Augustæ Domus Hæreditariæ Habsburgicæ , Potentiae suæ Incremento gavisæ , Memoriam perennem , justi & paterni Regis Mentre recolci grata .

Ut autem Relatio Hungariæ , cum Partibus , ad eam pertinentibus , ad totam Monarchiam Austriacam tanto magis ad Oculum pateat : adjiciam Tabellam combinatoriam , ex Statistica Consiliarii de Luca de- promptam , additis quibusdam observationibus .

Hungaria cum Partibus, ad eam  
pertinentibus.

	□ Mill.	Populat. Animæ.	Reditus R. flor.
Hungaria. - -	2790	6,974,000	18,000,000
Sclavonia. - -	334	259,000	100,000
Croatia. - -	477	267,000	200,000
Transilvania. -	950	1,490,000	2,300,000
Bukovina. - -	178	120,000	150,000
Galicia & Lo- domeria. - -	1280	3,147,957	3,500,000
Confinia & Lit- corale. - - -	150	400,000	400,000

Summa 16159 | 12,657,957 | 24,650,000.

Reli-

Reliquæ Partes Monarchiæ Au-  
striacæ.

	<input type="checkbox"/> Mill.	Populat. Animæ	Reditus R. flor.
Circulus Au- striacus i.e. Au- stria, Stiria, Car- niolia, Carin- thia, Tyrolis, Foro Julium & Brigaviense. —	2293	4,773,000	26,500,000
Circulus Bur- gundicus, Bel- gium, Luxen- burgum —	466	1,900,000	6,000,000
Bohemia, Mo- ravia & Silesia.	1468	4,454,233	16,450,000
Mediolanum & Mantua. —	215	1,340,000	3,000,000
Summa	4442	12,467,233	51,950,000

Obscr.

Obser. I. In Reditibus immediatis Austria inferior, omnes reliquas Partes superat: facile quidem, cum solius Urbis Viennensis Reditus annue complures Millions efficiant. Circulo Austriaco in Reditibus proxima est Hungaria, cuius quidem Reditus, dum in 18 Millionibus exponuntur, diversæ Redituum Rubricæ imputatæ non sunt: e. g. ex Venditionibus Bonorum, Proventis intercalares Cleri, ex Taxis Honorum, Lotteriæ & alii Eventuales, illis Emolumentis, Pag. 74. recentis, velut calculari stricte nequæuntibus, alioquin non computatis. Ut adeo Obiectio illa obsoleta: *Hungariam quatuor tantum Millions Contributionis solvere, nec igitur eos Favores prætendere posse, quos aliæ Provinciæ, longe majorem Contributionem solvens merito deposcunt*, vel principio Obtutii evanescat. Non enim Contributionem solam, quæ ex Natura Constitutionis Hungariæ, Pars, Redituum est minor: sed omnes Reditus, omnia Emolumenta, in Censum venire oportet. His autem Hungariam reliquas Provincias superare, nemo æquus Rei Judex inficiabitur. Si Hungaria tam felix foret, complecti Sinu suo Residen-  
tiam Imperantis, si distincta illa Solicitudi-  
ne

## C A P U T VII.

82

ne bearetur : heu quanto plurcs præ Austria suppeditaret illa Reditus !

Obser. 2. Pater ex hac Tabella, Hungariam cum Partibus, ad eam pertinentibus, Medicatae totius Monarchiae plus efficere. Impopulationem, inter omnes Ditiones, ad Monarchiani Austriacam spectantes, Excentrionis & Fertilitatis Ratione, habet minimam. Accrescentiam & Perfectionem Virium internarum recipit maximam, tum ergo Valore suo præsenti, tum Perfectibilitate sua, & ipso Situ suo, est Nucleus Monarchie Austriacæ.

Obser. 3. Regnum Galiciæ & Lodomeriæ, licet ad Normam Austriacarum Provinciarum gubernetur, Hungariæ ad numero, quia Jure Coronæ Hungaricæ, acquisitum est. Attentionem meretur Quæstio, an Galicia & Lodomeria non plus prodebet Imperanti, si juxta Constitutionem Hungaricam regeretur. Calculum hunc ducere non possum : id unum observo, Suntus, qui nunc in Administrationem Regni hujus impenduntur, cessaturos forc, si Hungarico Systemate & Administratione Comitatensi, Cassa domestica sustentata, gubernaretur.

F

Obser.

Obser. 4. Consiliarius de Luca , minorem dat Hungaricis Partibus in □ Milliariis Extensionem , quam Herman & Crome , secundum quos 7663. □ Millaria eveniunt : idem Confisia & littorale separati non exposuit.

Obser. 5. Status Monarchiæ Austriacæ hic sumitur , quemadmodum fuit ante Bellum Gallicum. Quod forte Bello amissum , incuuda Pace decedet , resarcietur forte Äquivalenti cedendo , & acquisita Poloniæ Parte. Quod si minor Ammiso , erit Acquisitio : tanto majorem Partem totius Monarchiæ constituet Hungaria , accedente præsertim Dalmatia Veneta , quæ ad Hungariam Jure antiquissimo pertinet.

Obser. 6. Liceat adhuc Hungariam , cum duobus potentibus Europæ Regnis comparare :

Regnum Magnæ Britanniæ	- - - - -
▪ □ Milliar. 6308	Populatio 11,800,000
Borussiæ Regnum	- - - - -
▪ □ Milliar. 3600	Populatio 6,000,000
Hungariæ Regnum	- - - - -
▪ □ Milliar. 6159	Populatio 12,657,957.

## C A P U T O C T A V U M

Viae & Navigatio.

**A**cilitas Communicationis est primum  
omnis Industriæ & Commercii requi-  
situim. Interna Communicatio , interna In-  
dustria , sunt Basis Opulentia , in externum  
Commercium exuberantis.

Viae & Navigatio sunt Vehiculum Com-  
municationis & Commercii.

Viarum Requisitum est , ut semper  
sint commode meabiles ; ideo Viæ stræs  
( Chausée ) Pontes stabiles requiruntur.

*Viæ Capitales (Commercialis, Regiae)*  
in Hungaria sunt :

Via ex Littorali per Carolostadium, Vas-  
radinum , Sabariam, Sopronium , Pofoni-  
um ,

um, ducens Viennam : ubique Lapidibus strata, & Pontibus etiam firmis provisa.

Alia ducens Vienna Budam, maxima Parte strato & Pontibus stabilis : sed ejus Continuatio Buda per Transilvaniam in Moldaviam, & alia Parte Temesvarinum & Zemlinum deficit, nec strata est, nec Pontes stabiles habet, Temporalis Varietati obnoxia.

Via a Littorali procedens per Budam, Cassoviam in Galiciam, hinc & inde tangentem stabilis.

Debreczino dicunt Viæ per Tokaynum in Superiorem Hungariam ; per Oppidum Szolnok, Pestinum ; per Magno-Varadinum, in Banatum ; & alia in Transilvaniam, nullibi fere strato & Pontibus stabiles.

Denique Posonio pergit Via per Tyrnaviam, & Civitates Montanas, in Superiorum Regni Comitatus, aliqua sui Parte strato & Pontibus stabilis,

Habuit Josephus II. Imperator Propositi, universaliter, per Omnes Regni Hungaricæ Partes. stratis viis, Budæ & Pestini con-

concentrandis stabilire Communicationem : Opus hoc exiunum , jam effectuari cœptum ; Morte ipius interiit.

Uterque Circulus Tibiscanus , & Cis-Danubianus habent Vias , quæ ratiſſimè ſunt fa- ciles , plerumq[ue] incommodæ , frequenter in- ſuperabiles. Igitur Vectura gravis , Pretia & Tempore iūc̄ta : Vectores Medietatem Oneris in Diversoriis ſæpe reliquere , & im- pignorare coguntur : ſæpe Pars Juueniorum impenetrabilitate Viarum perit.

Curant quidem Magistratus Comitatens- fes Reparationes Viarum : fed hæ insuffici- entes ſunt , & Populum Contribuentem gra- vant haud raro inaniter.

Dominia Terreſtralia , quæ Teloniae ha- bent , Proveniunt collunt , ſed Litteræ Le- gum inhærentes , vix Pontem vel Aggerem cuius Accessu & Descensiō immediato cirkanc. Plerumq[ue] in his Telonialibus Locis , peſi- na & impracticabilis eſt Via.

Pro maritima Navigatione habet qui- dem. Littorale Hungaricum , & necessaria Ligaa , & Populum Rei Nauticæ idoneum :

Sed Anno 1724 nonnisi 30 Naves domesti-  
cas numeravit , quarum maxima vix 20 Nau-  
tas capiebat : non computato Littorali Mili-  
taris Jurisdictionis , quod totidem domesti-  
cis Navibus provisum esse potuit. Nec de-  
serviunt hæ Naves alteri Usui , quam adve-  
hendo e Sicilia Salii maritimo : ut adeo  
**Commerciū maritimum peregrinis Navibus**  
**sustentetur.**

Fluviali Navigationi princeps Vehicu-  
lum Danubius præbet , qui Regnum in una  
tertia partitur. Navigatur in illo , secundo  
& adverso Fluvio : posterius quidem Zemli-  
no usque ad Földvár , Attractione Homi-  
num , propter nimium depressoas Ripas , quæ  
Semitam repulsualem (Treppel Weg ) non  
patiuntur ; a Földvár usque Posonium At-  
tractione Equorum ; Neque enim Ars Nau-  
tica apud nos ita exulta est , ut Naves Ve-  
lis instructæ Danubio vehantur , quod in  
minoribus Fliviis , Albi , Rheno , Visurgi ,  
curatior Industria producit. Impeditur Na-  
vigatio multum Truncis , Molis , & negle-  
cta Viarum repulsualium Conservatione.  
Desideratur perfectior Nautarum Peritia ,  
melior ac fortior Navium Structura.

Ante

Ante paucos Annos Terminus Navigatōnis Danubianæ Semlinum fuit. Nemo ultra progredi ausus. Initio per Josephum II. Imper. cum Turcis Commerciali Tractatu, Göllner, exstructis duabus Navibus, quæ & Danubium & Mare nigrum, perinde possent sustinere, his ex Banatu directe Constantinopolim navigavit. Amisit unam Navem in Porta ferrea, Loco illo ad Ossovani, latentibus Scophis periculoso, quod ille Malitiæ Turcici Doctoris attribuit. Altera feliciter Constantinopolim pertigit. Exemplum illius sequebatur Tauferer, & alii. Sed Tentamina hæc Bellum Turcum interrupit. Videtur obesse id, quod Naves Constantiopolis redire, & Merces revahere nequacant, adeoque diuidium Beneficii amicant.

Tibiscus Szolnokinum Rates, inde usque Influxum suum in Danubium, majores etiam Naves patitur. Tokayno adeo lente fluit, ut Horæ Spatio vix Millie Orgyas elabatur, Stagno similis.. Langvorem hunc exiguis Casus, & ingentes Gyri causant. Adverso Fluvio, ab infra Szegedinum usque, repulsuales Viæ dantur, in quibus partim Equis, partim Hominibus, Naves attrahuntur.

**Sur.** Supra Szegedinum , multis in Locus , Ripis destituitur Tibiscus , protensis utroque Latere , Arundine concretis Paludibus , Alveum ejus abscondentibus. Szegedinum usque ex Partibus Marmaticis & Beregiensibus , Salis & Lignorum Transportus fiunt , inde Dohana vehitur plurimum.

Colapis & Savus Fluvii , si commodiorum haberent , adverso Cursu , Navigationem , jungerent internas Regni Partes , Mari Adriatico. Nunc difficilis est hæc Navigatio . Serviunt evehendis Frugibus , & Dohanæ plurimum Szegedinensi. Nisi immediatus Hungariæ cum Exoticis Nexus Commercialis impeditetur , possent eadem Naves , quæ Producta domestica Carlostadium vehunt , exoticas Merces inde revehere. Carlostadium enim , Littorali Hungarico , Via multis Suntibus strata , Carolina & Josephina , cohæret.

Sunt præterea Fluvii navigables in Hungaria , Mura , Dravus , Granus , Vagus , Marusius , aliquique minores , qui internæ Communicationes inserviant.

Pro facilitanda Navigatione fluviali , stra-

struendis Viis , & Portibus , aliisque Usibus Commercialibus , existit quidem Fundus , ex aucto sub Josepho II. Imperat. Salis Pretio constitutus , ac huic Scopo unice destinatus , sed is , durante hoc Bello Gallico , Cassæ Bellicæ applicitus fuit.

Communicationis excellens Medium sunt Canales , in quibus cum Aqua Cataractis Linea continetur horizontali , in Oppositas Partes eadem est Navigatio , Equis Cursu veloci Naves trahentibus , pro quorum uno , Mille circiter Centenarii onerantur :

Ramus Danubii Ersekujvarensis artefactus esse fertur : Hollandi præterito Seculo Hungariam struendis Canalibus Commerciali reddere volebant , desideratum Industrum haud obtinentes. In Banatu , Paludum majoribus Fossis Transsektione , Canales enati sunt , quod Cataractis & Ripis destituantur , haud sane commodam præbentes Navigationem.

Neque tamen Attentionem Hungarorum hæc Res effugit : Extant plurimæ , plurimorum Propositiones , de struendis Ca-

nalibus, & jungendis Fluviiis, Poprado, Hernado, Tibisco, Danubio, Savo, omnes irrigo Conatu factæ.

Fratres Kiss Hungari, inita Viennæ complurium Potentiorum Societate, & con-  
gesso per Actias Unius Millionis flor. Fun-  
do, Anno 1793. Canalem struere cœperunt,  
Danubium cum Tibisco intra Possessiones  
Monasteri & Földvár conjugentem, 14 <sup>I.</sup>  
<sub>2.</sub>

Millari longum, quatuor Cataractis provi-  
sum, quo Transportus Productorum & Mer-  
cium 40 Miliaribus brevior evadit, ac faci-  
lior eo, quod multo breviori fiat Tempore,  
ac pro Centenario, per eorum Cana-  
lem  $\frac{7}{4}$  x. solvantur. Canalis hic ab Auspi-  
ciis Majestatis Sacratissimæ Francisci Cana-  
lis nominatus, jam fere paratus & meabi-  
lis est.

Non malto post alio extenderuat Pro-  
positum suum indecessio Conatu Fratres Kiss -  
augusta Societate, & elevato Fundo ad  
4,120,000 flor. præter Francisci hunc Ca-  
nalem :

Alium Canalem Therese struunt; Da-  
nubium

nubium Savo coniungentem ;  $\text{ii} \frac{1}{2}$  Milliarì longum :

Savum, Flaviis Culpa & Dobra necunt Canali Carolostadiensi, usque Brod in Croatia continuando :

A Brod, quod quinque Milliaribus a Mari Adriatico distat, tres Vias stratas erigunt ad Portus Hungaricos, Fluminensem, Bucarensem, & Portum Regium ducentes.

Hac Ratione, reposito ad Statuta navigabilem Canali Temesicensi, per Transsilvaniam Defluxu Marusii, Banatum, Hungariam, Croatiam, & omnes Danubio, Muræ, Dravo, & Savo adjacentes Germanicæ Partes connexis Flaviis & Canalibus, haud interrupta futura est, usqæ Mare Adriaticum Communicatio.

Cuncta hæc sunt Pecunii actionarium congestis : Actionarii Fructum Pecuniarum suarum accepunt ex Reditibus Canaliq; Transportualibus, ad 12 & 15. per Centum prævie calculatis : ipsa coarta Societas, Privilegio Speciali Majestatis Sacratissimæ provisa est.

Quod-

Quodsi Opus hoc optatum habuerit Successum totius Levantini , & Adriatici Commercii , mutabitur Cursus , eximio Patriæ Emolumento.

Quodsi ad hæc Tibiscus , Tokayno , Via strata Commerciali Caffoviensi , jam in Parte stricta , per Eperiesinum & Lubotin nechteretur Poprado , Vistulæ influenti : ipsum Mare Balticum , per medium Poloniæ & Hungariæ nexus foret Mani Adriatico.

Utinam salutare , glriosum , & audax hoc sumu Opus , feliciter exequerentur Fratres Kiss , patria Gratitudine digni ! Utinam laudabiles Conatus Inclytæ hujus Societatis , Invidia , privatum Interesse ; & Factiones , quod in Rebus magni Momenti plerunque sit , susterne nequeant !

Calculus præviis totius Operis Kissianii , ex quo simul Nexus Ratio uberioris patet , est sequens :

imo Canalis Temesiensis Tibisco ad Clurok jungendus - R.R.	320,000
2do Canalis Francisci , longus 58,000 Org. Cæteractis 4 provisus - - - - -	1,000,000
	3rd

## C A P U T V I I I

93

3<sup>ro</sup> Canalis Theresiae jun-  
gens Danubium Savo ad Vukovar  
& Schainocz longius 46,700  
Org. tribus Cataractis provisus - 800,000

4<sup>to</sup> Canalis Carolostadien-  
sis , Carolostadio usque Brod ,  
juxta Fluvios Dobea , & Cul-  
pa ducentus , longius 48,100  
Org. 15 Cataractis provisus , ad  
Ladasics transverso Monte , sub-  
terraneo procedens - - - - 1,650,000

5<sup>to</sup> Duæ Commerciales Viæ,  
Strato solidæ , parum inclinatæ ,  
ad Portus Maris Adriatici , Flu-  
minensem , Bucarensim & Re-  
giun ducentes - - - - 350,000

6<sup>to</sup> Pro facilitanda Navi-  
gatione in Flaviis Danubio , Ti-  
bisco , Savo , Culpa , ut secundo  
& adverso Fluxu , semper haud  
interrupta pateat Navigatio - 350,000

---

Summa - - 4,470,000.

Quæ Summa continet illos 350,000  
R. flavi , qui ab altissimo Ærario ex Fundo  
aucti Salis Pretii in hunc Scopum resolu-  
ti sunt , finito Bello exolvendi

CA-



## CAPUT NONUM

Commercium Hungaricum Septemtrionale.



**D**eculiarem , huicdum neglectam , Attentionem exposcit Angulus Regni , Litorali Adriatico oppositus , Septentrionalis.

Duo Fluvii Poprad & Dunajecz ex Fau-  
cibus Carpathicis Comitatus Scopussensis pro-  
rumpentes , per contortos Montium anfra-  
ctus , contraria omnibus reliquis Fluviiis  
Hungariæ , volvuntur Directione , Septemtrio-  
nem versus , & Fluvio Vistulæ illapsi , ape-  
riunt Nexus cum Mari Boreali Baltico ,  
quo se ad Dantiscum & Elbingam exonerant.

Popradus inde ab Oppido Lublyo ,  
Vere & Autumno , bene navigabilis est , aqua-  
ruin

rum suarum Volumine , semper ratus rece-  
pturus , si Alveus ejus , certis Locis , Saxis  
præpeditus , haud magnis Suuntibus evacuarē-  
tur. Dunajecz inde ab Oppido Ófalu Rati-  
bus semper navigabilis est , incommodior  
eo , quod Jugæ Montium Carpaticorum ,  
Magura dicta , Accessu superari debeant.  
Popradus commodiorem Accessum præberet  
ad Lubotin , in Comitatu Sarosieni , & Lu-  
blyo in Comitatu Scepusieni.

Si verum est , Hungariam , Meridiona-  
lis Europæ Partem , Arte & Manufactis de-  
stitutam , omnibus illis Naturæ Productis ,  
quæ Europa Borealis non giguit , & tanto  
magis appetit , abundantissime provisam , hoc  
suo Situ , Nexus Commercialeñi , cum Se-  
temtrionalibus Europæ Partibus maxime de-  
poscere : elaboranduni profecto esset , ut hac  
ex Parte , Medio Fluviorum Poprad , Du-  
najecz , & Vistulæ , nec non aliquantum  
reñotius diffisi Fluvii Oderæ , Commercio  
referato , Exportatio hærentium Hungariæ  
Productorum cum incalculabili Patriæ Emo-  
lumento aperiatur tanto magis , quod duo  
bi Fluvii duntaxat sint , qui Defluxu suo  
hanc Opportunitatem præbent , & hac ex Par-  
te

te immediata, Collisio cum Austriacis Provinciis evitetur.

Præteritis Temporibus Commercii Hungarici magni Momenti Pars, per hunc Angulum Septentrionalem decurrebat. Lipsia, Berolino, Stetino, Dantisco, Warsavia, Moscovia, hac inferebantur Merces, & vicissim efferebantur Producta Hungarica. Leutschovia habebat Jus Stapulæ. Vienna plane Mercibus, hoc Canali acceperis, providebatur.

Sed postquam Vienna totum Commercium Monarchiæ Austriacæ concentrare, sibiique exclusivæ proprium reddere cœpit: hac Parte omniæ evanuit Commercium, cuius Rudera, nunc tristes mirantur, & lugent.

Continent Archiva Civitatum Documentata antiqua copiosa, quæ Amplitudinem prisci hujus Commercii Késmarkini, Leutschoviæ, Bartphæ, Eperiesini Cassoviæ, & in 16 Oppidis Scepufiensibus testantur. Wagner in suis Analectis multa exhibet Commercialia; Dominus antiquæ Civitatum limitanearum, defera vasta Dotorioria offerant, olim Mercibus

bus repleta ; Senes nostri prolixas Narrationes , lacrimabundi faciunt , de Opibus illis , de Pecuniis , & vivendi Facilitate , & Amoenitate , qua florens olim hoc Commerciū Incolas bebat , Patriam erigebat .

Quamquam autem Commercii hujus Cursus , ex tōto mutatus est : posset tamen levi Operc restabiliri prisca Productorum Hungariæ , hac ex Parte Exportatio . Vina omnis Generis , Dohana , Canabæ , Cineres Clavellati , Gallæ quercinæ , Metalla , Fructus diversi recentes & assi , Ligna nautica , ubi adhuc existunt , Fruges certis Temporibus . Lana & Pelles , ferrea fabricata , Mel & Mulsum , Sylvorium , Sal coctilis , & Nitri &c. Aniplam nanciserentur , summo Partium harum , & totius Regni Emolumento , Exportationem .

Potentiæ Europeæ Septemtrionales , proclives essent ad Commerciales Tractatus cum Hungaria incendos . — Productis his Meridionalibus , quibus nos abundamus , carentes , cum illa alioquin emere debeant , emerent potius a nobis proximioribus , & levi Pretio , & bona Qualitate , quam ab aliis remotioribus . Nunc Vina sua ex Gallia & His

spania , Canabes pro Usibus Nauticis ex Moscova , Dohauani ex America plane accipiunt.

Aula Borussica , quæ Divisionibus suis nunc , divulgâ funditus Poloniâ , nos hac ex Parte cingit , quæ utrumque Litus Fluviorum Vistulæ & Oderæ , usque quo Mari Baltico illabuntur , possidet ; proprii sui Lueri Causa , cupit Nexum Commercialem cum Hungaria ingredi quam arctissimam . Ab illa nunc dependet , omnis versus Mare Balticum hac Parte Evectio : Nisi Hungaricum Commerciun Austriacarum Provinciarum Causa gravaretur , nil obstatet quin Europæ Borrealis Provisionem ad se pertraheret Hungaria . Levia Productorum nostrorum Pretia , eorum eximia Qualitas , certe omnium reliquorum Concurrentium profligarent . Nunc Evectio Productorum nostrorum , vel in ipsis Cæsareis Tricesimis prohibita est ; vel per Borussicam Aulam prohibetur Representalium Jure idco , quia omnes Borussicæ Mercedes interdictæ sunt . Ita grata illa Spes , quam merito fovebamus , ultima hac Divisione Poloniæ , liberam Navigationem & Evectionem in Vistula & Odera stipulatum iri ,  
verba

versa est in contrarium: Borussicæ enim Impositæ Vinorum Hungaricorum, jama ultra 10. Anno pro Vale 180 Mediarum nunc recenter elevatae sunt, ob rejectas, quas Aula Borussica nunc ultimuni fecerat, liberoris Commercii Propositiones: Gallæ autem Quercinæ Impositam Essitualem habent in nostris Tricesimis I. R. fl. 15. xr. pro Metreca Posoniensi: & singula harum Impositarum, habita Currentis Pretii Ratione, ad 100 per Centum somalis Portorii efficit.

Per Portus Dantiscanum & Stetinensis, quorum ille Vistulam, hic Oderam, in Effluxu ad Mare Balticum recipit, ex illis Productis, quæ Hungaria etiam suppeditare posset, juxta publicari consuetas annas Portuum horum Tabellas Anno 1795, transiverunt, ut sequitur:

*Per Portum Dantiscanum,*

Plumbum - - - - -	Centenarii	629
Ferrum novum - - - - -	Cent.	2,380
Ferrum antiquum - - - - -	Cistæ	1,089
Olei Canabum - - - - -	Urdæ	5,454
Oryza - - - - -	Cent.	1,985

## C A P U T IX.

Linteum navale, Segeltuch,	Frusta	1,872
Pix	Vasa	1,827
Dohana Americana	Cent.	7,210

Anno 1794 bis tantum.

Vinum Gallicum & Rhen.	Urnæ	24,690
Acetum	Urnæ	2,408
Cineres	Vasa	21,349
Setæ ( Borsten )	Cent.	274
Planiæ	Cent.	1,330
Fruges	Metricæ	852,600

Anno 1794 ter tantum.

Ligna plurimum nautica	Orgiæ circiter	
		1,500,000
Linteum ordinarium	Ulnæ	1,011,500
Setæ Equinæ pro finis		33,048
Lana	Cent.	6,734

Canabes in hac Specificatione expositæ non sunt, licet magnus sit Producti hujus Quæstus,

## Per Portum Stetinensem.

Cineres	Cent.	2,932
Plumbum	Cent.	4,326
Ferrum	Cent.	22,265

## C A P U T X I.

101

Acetum - - - - -	Urnae	720
Pelles & Coria - - - - -	Frusta	16,000
Setæ equinæ - - - - -	Cent	402
Canabes - - - - -	Cent.	12,253
Anno 1794 alterum tantum. - - - - -		
Cafei - - - - -	Cent.	2,133
Oleum Canarium - - - - -	Urnae	21,930
Linteum navale - - - - -	Frusta	1,179
Sevum & Sapo - - - - -	Cent.	35,000
Dohana - - - - -	Cent.	17,729
Vinum Gallicum & Rhenanum Urnae	94,274	
Pipæ fumigatoriæ (Tobacchus = Pfeifen)		
Cistæ - - - - -		2,987

De Vino Hungarico per Portum Daniscanum nihil evectum est; per Portum Stevincicm pro Talleris - - - - - 21,047.

Hæc Consignatio Indolem Commercii Septentrionalis quadammodo indigitat, judicarique potest, quasnam Partes activas Hungaria in illo habere posset.

Ceterum strata iam est Via, Auspiciis Josephi II. Imper. Eperiesino Czassoviam, & inde usque Sinam, octo Milliaribus ducens, quæ si una Parte per Promontorium Hegylla usque Tokainum, alia ex Parte usque Popradum ad Lubotin, in toto 9 circiter

G 3

Millia-

**M**illiarium Spatio , prolongaretur , Tibiscanas Regni partes ne ceteret Mari Balticō . & repurgato haud magnis Sumtibus Populi Adveo , Evectionem Productorum domesticorum reddere posset eximiam.

---

## C A P U T D E C I M U M

**T**heorematum quædam Oeconomia  
Politicae.

**O**pulorum , quos Barbaros nominamus , Necessitates sunt exiguae , Vegetabilia & Carnes pro Victu ; Pelles & Texturæ quæpiam , pro Corporis Tegumento , Lignum & Ferrum : hæc sunt , quæ desiderantur , & sufficiunt.

Sed ubi Cultura Corporis & Mentis altius graditur , Rerum Scientia Hominem nobilitat : Necessitates multiplicantur , in infinitum. Et licet Progressio hæc saepè degeneret in Abusum : Causa tamen ipsa est suberrima , & innexa Humanitati.

**Necessitatis**

Necessitates hæc generant, *Industriam & Commercium*: cuius proximi Effectus sunt: Populacionis & internatura Republicæ Vi-  
xiunt Multiplicatio. Eam enim Providentia esse voluit sapientissimam Coordinationem, ut non minus Vis proereat in Naturæ quam Habiliter humana, infinitos Perfectionis Gradus recipiat, quos Industria & Commer-  
cium, addendo Stimulum perpetuum, altius cyclunt. Atque sic cum singulus Homo, multo plus producere possit, ac pro sui Inter-  
ventione requiritur: Superabundantia hæc La-  
boris, eiusque Producti; Perfectibilitas illæ  
Naturæ & Industriæ; Stimulus Culturæ, &  
Commercii: ea Ratione ad se invicem sequunt,  
& reagunt, ut exinde Augmentum Popula-  
tionis, recens Circulatio, & omnium Vi-  
xiunt humanarum Multiplicatio, enascantur:  
id quod Experiencia etiam testatur, qua  
constat, eodem Fertilitatis Gradu, unum  
quadratum Milliare Terræ, hic 500 Animas  
trifere, ibi 5000 Animas opulentur alere.

Quantam Superioritatem Podulis tribu-  
at Industria & Commercium, Documento  
est evidenti; quod Europa, minima Pars  
Telluris, dominetur Orbi; quod privatæ Mer-

**c**antiles Societates , integra Imperia possidente  
ant in Indiis, denique quod potentissimi qui-  
que Imperantes , Calamitatibus pressi , Refu-  
giuin sumere debeant ad Cassas & Spe-  
culationes Mercatorum.

**M**oderno Europæ Situ , Regnum quod  
Industria & Commercio caret , egenum & de-  
bile est : e contra exiguum quantumvis ,  
Industria & Commercio florens , mulcet  
ponderat in politico Systemate Europæ.

**S**umamus vel unum Commercii Ramum  
Indicuni ; Hoc Commercio Hollandi antea  
totam Europam sibi habebant tributariam ;  
singula quævis Urbs & Oppidum , singulus  
Vicus , Censum suum sponte contribuebat :  
Quæ enim est Casula , in qua Aromatum quæ-  
dam Species non consumeretur ? Illius Grof-  
si , quem pauper Rusticus noster , Taberna-  
rio pro Pipere solvit , jam Parrem suam ha-  
huit Hollandus.

**N**eque enim mirari debemus Commerci-  
alia Bella , quæ mercantiles Nationes frequen-  
ter ad invicem gerebant : dantur enim Com-  
mercia , quæ integras Provincias Fructu sua  
superant — Nec jam mirabimur , si omnes Pa-  
cifi-

cificationes, quas Angli, Galli, Hollandi & Hispani, inde a ducentis Annis concludebant, commerciales Favors, & Tractatus complecti observaverinius — Moderno etiam Bello Gallico, quam solerter innedit Anglia commerciale suum Interesse !

Quemadmodum autem Industria & Commerce naturali sua Oscillatione, Motuque proprio, ad remotissimas usque Partes insensibiliter propagantur, ea Ratione, ut Quæstor, & Manufacturista Londinensis, Negotiis suis, Oppositi Hemisphærii Incolas Americanos, & Sinenses complectatur: ita alia ex Parte ea est Vis, Usu semel roboretur Commercii, ut nulla Potentia suffici reperire valeat. Eadem enim illa tacita spontanea Oscillatio, Violentum Prohibitionum & Pœnalitatum Imperium effugit, qui Et ipso heterogenea Reactione evanescit. Omnes Quæstores diversorum licet Regnantium Subditi, eodem concatenato Nexus junguntur, & quæ Partem unam ferit Violentia, in alia duplicitum contrarium Effectum exerit. Moderno etiam cruento Bello, quod exasperatis Mediis, & Punico Odiō, inter Gallos & Anglos geritur, non obstantibus severissimis

**P**rohibitionibus mercantur adinvicem, media Neutralium Quæstorum duæ hæ Nationes. Quia major Prohibition, eo majoris Lucri Spes, quam cum Periculo Vitæ citam, sequat proprii Commodi Studium.

Industria & Commercium exsurgunt ex spontaneis occensis Privatorum, proprii Lucri Causa. Hæc unica est vera Scaturigo, quæ ubi deficit, nunquam Industria & Commercium florebunt: Non potest juberi Industria, & Commercium, nisi sponte vellet Pluralitas Encolarum. Requiritur proinde ut adsit plena Libertas, suscipienda cum hujusmodi Tentacione, & Probabilitas ac Spes Lucri, velut Ratio Moyens, Spontaneitatem.

— Quidquid igitur Liberatem Industriæ ac Commercii, Probabilitatem Lucri mutuit: id Industriæ & Commercio e Diametro contrarium est. Atque exinde primum est judicare, quid de Prohibitionibus, Impostis & Violentacionibus Codicilii sentendum sit.

Postquam Industriæ & Commerceo, major Humanus Pars occupari coepisset, & Mercium diversarum Transportus multiplicati fuissent; postquam Observatum fuisset,

his magnanym inesse Causam Prosperitatis In-  
colarum & Potentiaz publicaz : Regnanz &  
Provenez sios hac Parte augere volentes,  
Negotiatoribus a Lucro specativo, quod per-  
cepturi essent, vel ab ipso Valore Merci-  
um, imponebant Solutiones, quæ in Hung-  
aria Tricesima vel Vectigal Tricesimale di-  
cuntur, constitutis ad Liniæ 30 milibus  
Officiis, ut ab Invectione & Evictione, Im-  
positaz hæc desunt possint.

Tricesimæ hæc servito possunt pro Regu-  
latione & Directione Industriæ & Commer-  
ci: E Specificatioribus earum annuis inve-  
tarum, evetarum, & transcurrentium Merci-  
um, cognosci posset opinative, Status Indu-  
strie & Commercii: opinative eam,   
nam omnes hæc Consignationes, per Naturam  
suam manzæ, ad dandam genericam eam  
Ideam, idoneæ sunt, quidquid enim Prae-  
ticatione inferatur, vel offeratur, quidquid  
clandestinæ, per Disimulationem, Manipula-  
tionis Celeritate, Inadvertentia, exil &  
intrat, omnia quæ itinerantes fecerunt fe-  
runt, omnia hæc desunt in his Consigna-  
tionibus.

Si Administratio publica, *naturalem Industriæ & Commercii Tendentiam* perscrutando, eam Mediis quæ in ejus Potestate sunt, sublevare, Impedimentaque removere conatur, id quod omnino, *neque tamen ultra agendum* habet: potest certe Incrementum & Potentiam publicam in altum evocere: Sed si, in contrarium Tendentiae naturali, Industriam & Commercium pro Arbitrio violentare, Mandatis & Prohibitionibus cogere intendit: cum ingratum aggreditur Laborem, ingentibus Suntibus, ad sustentanda hæc sua Mandata necessariis Casas suas gravat; Industriæ & Commercii Vim procreativam suffocat; Stagnationem & Letargiam universalem procurat, Labyrinto Inconvenientiarum se immergit, nec ulli magis quam sibi metu ipsi nocet; insuper mille Modis, nisi Commodi privati & communis, hoc in Puncto acutissime pungit; elisa-

Dum Regni alicujus Producta prohibentur, vel gravantur, hoc vicissim Naturali Juste, Producta prohibentis, eadem prohibita, vel Aggravatione afficit. Sed præterea cum nullibi Commercij locum habere posse, nisi ubi Pars utraque Emolumentum inde percipit: in omnis Prohibitionis Casu, dum extra-

## C A P U T X.

109

extranei Emolumenti Pars destruitur ; proprii etiam Emolumenti Pars sacrificatur.

Quo major est Imposita zomalis eo minor Quantitas gravati Producti transvehitur : quo minor autem est , eo plus transvehitur : ita ut minoris licet Impositæ zomalis Reditus , majoris Quantitatis Transvectione , altæ Impositæ Reditus , superent.

Nunquam Administratio publica , Preventibus zomalibus ditescere potest : quo majoribus Impositis zomalibus Incolas grayat , eo plures Sunitus pro Incassatione & impedienda Prævaricatione impendere debet , ita ut plerumque Reditus , Sumtibus absorbeantur , & Vexatio Incolarum inanis sit : & quodsi etiam detractio Sumtibus , quidpiam Lucri immediate retinet ; amittit id mediate , restricta Circulatione , quæ semper ad Cassas publicas , velut Sanguis , Cor versus revolveritur , & quo maior , & universalior est , eo efficacius centrali hanc Scaturiginem compleat.

Nolo ultro explicare id , quantum omnibus violentis & cogentibus his in Re Commercii & Industriæ Mediis , corruptatur Moralitas Incolarum , quam opere evanescat Amor

mor Populi , & sibi invicem opponantur ,  
Commodi proprii Studiorum cum Obedientiæ  
publicæ Obligatione !

Quemadmodum Industria & Commercio  
Gentes maxime lucuplentur ; — ita vicis-  
sim florete nequit Industria & Commercium ,  
ubi Pars infima & maxima Populi ; Basis Na-  
tionalis ; Miseria premitur : Hujus enī , ve-  
lūt numerosissimæ Partis Populi , Consuntione  
domesticorum Productorum & manufacto-  
rum Procreatio exstinguitur ; hæc intonæ  
Industriæ & Circulationi Vitam dat , in ex-  
ternum Commercium exuberanti ; ubi hæc ,  
Miseria pressa , deficit ; evanescente Consum-  
tionis & Circulationis Basí , superaedifica-  
tum Industriæ , Commercii , Prosperatisque  
publicæ , precario tantum subsistit .

Non omnis omnia fert Tellus : Provin-  
cia hæc , Natio illa , his vel illis Productis  
& Mercibus per Naturam est destinata : quæ  
Producta & Merces , in hac Provincia levissimo  
Opere & Sunitu producuntur ; in alia  
nec decuplo tanto produci possunt . An un-  
quam Anglia procreabit Vina Tokaiensia ?  
Sed nec nos producere possumus Mercea-  
illæ

illas Luxus cultioris, quibus illi abundantur, Regna & Nationes ingrediuntur hoc Respectu illam Relationem, quae singulos invicem Homines conjungit. Ruricola fere Producta Oeconomiae sua Opifici avico, & ab illo Tunicam & Calceos vicissim mercatur: Si ipse Tunicam & Calceos fabricaret, decuplo tantum Temporis, Laboris & Sumptus impenderet, Successu imperfecto, quam Artis suas gnarus Opifex: Ita Producta invicem commutant, mutuo Emolumento: hoc conjungit, hoc excolit Humanitatem.

— Pari Ratione & Nationes & Regna invicem feruntur: Impendat se haec Natio Productis colendis, quo Natura Climate, Usu, dicitur, quod superfluum habet, commutet libere cum superfluis Productis alterius Nationis, ita utrique consultum erit.

Nexus hic industrialis Hominum, necessario supponit, Mensuram Pretii, seu Valoris Rerum, Mensuram hanc constituit Pecunia, quae jam Prelium Valoremque omnium Rerum representat, & vicissim omnibus Rebus ad Vitae Necesitates pertinentibus representatur. Dum Fruges meas, pro necessaria mihi Pecunia cedo; emo Pecuniam: dum hanc pro Frugibus mihi accessarilis cedo;

do; *emo Fruges* — Pecunia repræsentati-  
vum est, quod Producta Naturæ, Necessita-  
tes omnes, & Operas impensas, repræsen-  
tat. Incolæ Americanæ Septentrionalis Me-  
diterraneæ, Pecuniae Loco utuntur Con-  
chis: Incolæ autem Tartariæ magnæ, Ani-  
malibus emunt Necessitates suas: quod apud  
nos est, Auræus, Tallerus, Vicerarius,  
Grossus, hoc apud illos est, Equus, Vac-  
ea, Ovis, Anser vel Gallina, id commo-  
di habentes, quod Pecunia sua vesci possint.

*Dixitique Nationales non consistunt in  
Pecunia: sed consistunt in eo;* si omnium  
Producione Naturalium Quantitas, & Qua-  
litas, ad *Summum*, cuius Natura localis  
capax est, proxime accedit. Hæc Expli-  
catio, jam includit perfectam Terræ Cul-  
tūram, & Industriam Incolarum tamē, quæ  
penitiori Rerum Cognitioni, artisticam For-  
mationem pronite jungit, Progressuque Com-  
merciali sustentatur.

Ponamus Nationem in hoc Statu,  
nullas habere Auti & Argenti Fodinas, Do-  
mī. producāt Pecuniam nullam: tamen a-  
bundaret, Pecunia. Pecunia enim repræsen-  
tat

rat Valorem Necessitatum humanarum , & est Medium Necessitates has comparandi , fuit spore , quo Abundantia Productorum extrahitur , & quemadmodum requiritur , ut Necessitatibus prospiciatur ; ita Circulatione sua certo tendit illuc , unde his prospici potest : & igitur Divitias nationales non constituit sed representat.

Hæc forte abstracta , Theoretica , inania esse videbuntur : sed non sunt. — Hispania dum , detecta America , ingentes illos acervos Auri & Argenti convassasset & inexhaustibiliter sc divitem opinabatur , quin fuescit. Immensæ hæ Pecuniae dilapsæ , in Galliam , Angliam , Hollandiam , quo Industria & Commercio trahebantur , reliquerunt illam in Statu grandis Hispanici Deliquii. — In Hungaria & Transilvania ditissimæ Auri & Argenti Hodinæ , an nos faciunt Divites ?

Quo fertilioꝝ est Terra ; quo pluribus & diversis Naturæ Donis abundat ; quo major est Populatio , & Partis maximæ Populi Opulentia ; quo major est Industria , & Commercii Circulatio ; quo perfectius est Naturæ Studium , & Artium Scientiarumque

Cultura; quo major est Luxus domesticorum Productorum; & cuncta haec quo magis Sapienti, benigno & libero Regimine sustentantur: eo maiores sunt *Divitiae Nationales*. Neque haec confundendae sunt, seu cum Reditibus Regnantis, aut Fundo publico, si quis forte existit: sed volo intelligi Summani illam totalem Virium & Productorum totius Nationis, Promittarium quasi Mediorum, ad omnes possibles Eventus applicabiliū, quae dum Necessitate & Calamitate publica, repente, vique incognita, evolvuntur, velut Cœlis delapsam tutelarem Apparitionem, Coætanei stupent. (\*)

AC

(\*) Liceat Ideis his nectere Caput VII. — Ponamus Opes totius Monarchia (Austriacæ Sensu nunc defixo, Divitarum nationalium) esse = 1000. — Si verum est, Hungariam cum Partibus appartenentibus, constitutæ Medietatem totius Monarchia; & verum est, Hungariæ Opes elevari posse in Duplum (libera Virium suarum Naturalium Evolutione, & Industriæ Commerciique Flore) sequitur tum totius Monarchia Opes futuras fore = 1500 — quis non videt evidens Imperantis Euolumen-

Sed

Ac in his quidem tria sunt Momenta ,  
pro facilitanda clara Mētis Repræsentatio-  
ne , memorare digna .

*imo Status productivus : O Economia*  
lato Sensu ( ab O Economia privata , & po-  
litico publica diverso ) quæ quidquid natu-  
ralium Productorum ; in Ambitu Territorii  
procreatur , complectitur : hæc est Basis omnis  
Status publici , vel ad animalem Hominum  
Vitam absolute necessaria , nunquam negli-  
genda , cui quidquid reliquum est superstrui  
debet .

Sed objicit quispiam , Accrescentiam hanc in  
Hungaria , orituram fore , ex Jactura Provinciarum  
Germanico - Austriacarum , proinde Emolumen-  
tum totius Monarchie nullum . — Assertum hoc Ver-  
itati contrarium esse , me evicisse puto . Sed po-  
sito etiam eo , quod non est , liberam Hungariæ  
Virium naturalium , Industriæ , Commerciique  
Evolutionem , cum Jactura quapiam Austriaco - Ger-  
manicarum Provinciarum esse conjunctam ; proban-  
dum restat , Jacturam Austriacarum Provinciarum ,  
tantam futuram , quanta Accrescentia in Hungariæ  
esse potest .

2do *Status formativus* : Opificia , Ma-  
nufacturæ , Fabricæ , Artes , Industria Sen-  
su strictiori , quæ naturalibus Procreationi-  
bus Formas dat , vel utiliores vel amœnio-  
res. Hæc Usum Naturalium Procreationum  
multiplicat , Consuptionem auger , Valo-  
rem nobilitat , Oeconomiam amplificat , si-  
mulque præcipuum est Fundamentum Com-  
mercii.

310

Objiciet porro : Opes Hungariæ , non æque li-  
beræ Dispositioni Imperantis subesse , ac Provincia-  
tum Germanico - Anstriacarum , & igitur magis pro-  
ficiuam esse Opulentiam in his , ac in Hungaria. Re-  
spondeo : Discrepantiam non consistere in Re , sed in  
Forma Rei , vix unquam frustrasse Comitia Hunga-  
ria Expectationem Imperantis ; nunquam Subsidia ,  
Dona gratuita , Sublevamen publicum , negasse Hun-  
gariam ; neque , pauperiori licet hoc Stætu suo , Au-  
striacis Provinciis minus præstitisse ; Hoc etiam  
Bello Gallico , postquam Fruges , Boves , Equos ,  
Tyriones , Subsidia , & Dona gratuita dedisset , In-  
surrectionem sponte obtulisse , quæ sine ulla Imper-  
antis Sumtibus , non obstante inito jam cum Hoste  
Armistitio , 30,000 Equitum Exercitum dederat ,  
cuidemcumque optime exercitato , haud multum  
dissimilem.

## C A P U T X.

117

*3<sup>io</sup> Status permutterivus : Quæstus, Commercium, quod Motum dat Ofcōnomiæ, & Industriæ ( Sensu striciori sumtæ : licet ipsum Commercium Industriæ Sensu latiori complectatur ) atque Communicatiōnem referando, Circulationem stabiliendo, Vi nova generativa, & Partes & totum animat.*

Dum in his omnibus Nifus adest ultioris obtinendæ Perfectionis, dum cunctorum felici Progressu Populus dñtescit, dum Studiūm perfectius Naturæ, Artes, Scien-  
tiae theoreticæ & practicæ his arctissimæ junc-  
tæ florent, Characterem Nationalem no-  
bilisant : Gens talis dicitur *culta* : ipsum  
scributum, *Cultura* : sublimè Humanitatis  
*Ornamentum*.

---

Omnis Societatis Civilis, omnis Status publici, Scopus est, altior, perfectior, Felicitatis Hominum Gradus.

Ad Felicitatem hanc quemadmodum requiritur Proprietas & Securitas inviolabi-

lis , Regimen Sapientis , Justitia æqua : ita  
eerte præferenter necessario requiritur , ut  
vivere & subsistere possint Homines.

Proinde omnem Societatem Civilem  
primum sollicitam esse oportet , de procu-  
randis Vitæ Necessitatibus , & copiosis sub-  
sistendi merendique Mediis , ut , quantum  
fieri potest , facile , comode , amœne , cul-  
te Vitam agere possint Incolæ.

Hæc quidem stricta est Obligatio omnis  
Regiminis : sed est præterea proprium ejus  
Emolumendum . Nisi enim Incolæ valeant ,  
unde Status publicus Vires sumere possit ?  
quod Partibus deest , an Toti non æque  
decerit ? quæ esse potest alia Status publici  
Potentia , quam numerosa Populatio , & O-  
pes nationales ? utrumque Facilitatis vivendi ,  
merendique Industriæ Effectus ? Precarius est  
omnis , undecunque veniat , publicus Nitor ,  
nisi ex Opulentia Populi reluceat.

Equidem ad Vitam animalem sustentan-  
dam parum requiritur : possent vivere Homi-  
nes , vclut Pecora in Desertis , vesci Fru-  
ctibus , Herbis , Radicibus . Sed sublinior  
est

est Hominibus proposita destinatio. Neces-  
sitates Vitæ, in infinitum multiplicatæ, dum  
Artes, Scientiasque, quarum & Causa, &  
Effectus simul sunt, generant; humanam Na-  
turam nobilitant: — dum Facilitatem vivendi,  
merendique Industriam augent; Populatio-  
nem, Circulationem, & Opes nationales  
multiplicant: — atque eo ipso, pro Statu pu-  
blico efficacissimum sunt, Potentiae suæ eve-  
hendæ, Remedium.

Conseruando abit in aliam Naturam,  
quantumcunque Cynici doceant vanitati esse  
Luxum, posse nos carere Caffea, & Zacharo,  
& Aromatibus, sufficere Vesteri unam, inza-  
nia esse superba illæ Palatra, Musicorumque  
Choros, Picturas illudentes, & Theatrorum  
varia Spectacula: — Homines, his jam af-  
flicti, non tantum nis frumentur semper, sed  
etiam hæc inter Vitæ Necesstates reponent.  
— Mutantur Regiminiſ. Formæ, mutantur  
Principia: manent hæ Conſeruandæ Ne-  
cessitates, sub diversis licet Formis. Nec  
potest hæc alterare Regiminiſ. Potestas, ni-  
ſi ipſæ Generationes futuræ, a prima In-  
fantia aliter dispositæ, diversusque Seculi  
Genius mutaverint. — Et cur etiam alterate  
vellet

vellet? quum Sapienti Moderamine in proprium suum Emolumentum, optime dirigunt possint? quum his in nexus videatur Character pulcherimua Humanitatis.

*Luxus* est *Consumptio*, *Usus uberior Productorum*, *Manufactorum & Artium*. Cum omnis *Consumptio* sit *Stimulus Industriæ*: Optimum patet salutarem esse Luxum, domesticam *Consumptionem* complectentem, atque ex Accrescentia internæ Prosperitatis protuberantem, Mediumque promovendas Industriæ & Commercii efficacissimum.

Et igitur Oeconomia; Industria — Commercium — quæ Subsistentiam dant Populo, Potentiam statui publico, præcipuum Regiminis Sollicitudinem deposcunt, omnisque Gentis cuiuspiam Subsisteriæ contractio; omnis Industriæ & Commercii Aggravatio; tantuudem nocet, quandoum Territorii, aut Existentiæ politicæ Aggressio;

---

Audio objici: Opulentiam ad Felicitatem publicam non requiri — Hungariam potest-

*potentem esse, Viris & Armis — Felicem esse Rusticum Miseria sua, quod meliorem Existentiam non noscat. — plusque facere ad Sensus Felicitatis Ignorantiam cum Paupertate, quam Scientiam cum Opulentia.*

Satis quidem speciose: sed separandæ sunt Ideæ, quæ non cohærent.

*Felicitatis publicæ Fundamentum est Potentia publica: hæc autem sine Opulentia Populi, in moderno Europæ Situ impossibilis est. — Non sufficiunt nunc Viri, & Arma, ad Bella gerenda, & propulsandam Vim Hostium, — requiruntur multi Viri, magna Populatio, Ars, Scientia & ingens Pecunia. — Hæc unde accipiat Regimen, nisi habeat Populus?*

*Felicitas subjectiva in Sensu cuiusvis individuali sita est, & hoc respectu Zingarus, Vesanus, abjectus quisque, meliorem Sortem vel non noscens, vel non appetens, felix dici potest. An Sensus hujusmodi Felicitatis operabilis est? an non inquinat Characterem Humanitatis? num Ignorantia cum Paupertate ullum alium Sensus gignere potest, quam abjectum illud stupidæ Apachia?*

*Felicitas objectiva* consistit in Cultura Characteris illius sublimioris, quo Homines a Brutis distinguuntur, in Perfectione Destinationis illius eminentis, quæ Creatoris Omnipotentis Scopus fuit: in Cultura Virtutum, contra omnes Adversitates certissimorum Mediorum. Hæc est Mensura Felicitatis infallibilis, quæ & Miseriam prævenire, & Fati Adversitates vel rumpere, vel lenire valet.

Subjectiva Felicitas in Censum venire nequit, quia quod unius est Felicitas, alterius est Infelicitas, sicut Opinionum & Sensus Ratio discrepat.

Certe caret Dubio; feliciorem esse Anglicum Contribuentem, nudo illo Africano qui instar Feræ captus, si fortis sit, 20 vel 30 Aureis venditur, Mancipium perpetuum.

Quodsi in Specie id quæratur, num Rusticus Hungarus, cum aliis comparatus, felix sit? præterea, quod secundum Indolem Felicitatis objectivæ instituta Comparatione, Judicium ferri valeat, Quæstio hæc Verbo dirimi potest. Interrogetur Austriae Col-

Colonus, & Hungarus Rusticus num felices  
sint? quod si ille affirmaverit, hic negaverit,  
Lis est decisa.

Quis negabit feliciorem Hungariam fu-  
turam fore? Si Rusticus Præstationes suas  
cum Facilitate absolvere, & superfluum  
quodpiam retinere posset; si Nobilis ille eti-  
am, qui nunc Subulcum agere necessitatur,  
pro Convenientia Status sui Vitam agere  
quiret; si quisque Obligationibus Condicio-  
nis suæ, & in Casu Calamitatis publicæ, ultra  
hanc etiam, Patriæ promte succurere pos-  
set; si Artes & Scientiæ florerent magis; si  
magis per Populum diffusa esset Rerum utilis  
Cognitio; si major esset Pecuniæ & In-  
dustriæ Circulatio, plures & faciliores me-  
rendi Modi; si, quod per Ubertatem Na-  
turæ fieri quiret, duplicarentur Vires inter-  
næ Regni; si Necessitatis Casu, duplo suc-  
currere Regi suo, duplo sustentare Patri-  
am posset, Regnum; — num negari potest,  
& Regem, & Regnum, & Incolas felicio-  
res futuros fore?

---

## CAPUT UNDECIMUM.

Duæ Repræsentationes I. Cottui  
Scepusiensi relate ad Commerci-  
um exhibitæ, & omnibus Re-  
gni Cottibus comunicatæ.

---

X Itinere nostro , perscrutandi Com-  
merciū Septemtrionalis Hungarici Can-  
sa , per Poloniam Dantiscaui suscepimus , re-  
duces , Officium nostri esse credimus , ut fati-  
giosi nostri Itineris Fructus in Emolumen-  
tum commune , quantum fieri potest , derive-  
mus , Eadem Enclytæ Universitati sequentia  
partim referre , partim humiliè proponere .

Vel ipsa Situatio Geographica , jām do-  
cet Vistulam Fluvium , in Nexus cum Duna-  
jetz & Poprad , Hungariae hoc esse posse ,  
quod Rhenus & Albis Germaniae sunt , —  
Medium Exportationis Productorum nostros  
rum ,

nūm , quibus benefica Natura Patriam dōtavit large , & quæ in Septemtrionalibus Europæ Partibus , non producuntur , requiruntur tamen necessario.

Ira tulerunt Fata Temporum , ut Opportunitas hæc obtainendarum Divitiarum , huc dum vel neglecta , vel impedita fuerit — Gallia , — Hispania , America plane faciunt hæcdum ; quod vicinior Hungaria facere potuisset longe melius. Omnia Regna , Mari Ballico adjacentia , providentur Vinis Gallicis & Hispanicis & Dohana Americana. — Dohana & Vina Hungarica neglecta jacent.

Longum foret totam Productorum , ad Septemtrionales Partes , Medio Vistulæ efferti queuntium , enumerare Sericem , & explicare totius Commercii Europæ Septemtrionalis Situationem : ex illis tantum Productis , quæ in præsenti etiam Rerum Situ , cum magno Patriæ Einolumento distrahi quirent , tria tantum commemorabimus : *Vina — Dohanam — & Gallas quercinas.*

Prius tamen , ad clarius exponendum Idearum Nexus , paucis præmittere debemus ea , quæ prævic cognosci requiruntur.

*Fluvi.*

Fluvius Vistula , inde a Warschavia , usque ad Effluxum in Mare Balticum , est in Dominio Aulæ Borussicæ — In hujus Arbitrio est , Commercium in Fluvio hoc admittere , vel Teliōis gravare , ac penitus præclude-re. Est autem Fluvius hic relate ad Hungariam plurima Attentione dignus ideo , quod unicus sit , per quem copiosa nostra Producta , velut Climatis meridionalis , im-mEDIATE ad Septentrionales , Mari Baltico adjacentes , evehi possint , cæteris Fliviis o-mnibus contraria Directione , ad ferriliores adhuc Europæ Meridionalis Partes decur-sentibus. —

Borussicæ Ditiones , jam in Septen-trionali Climate existentes , non procreant illâ Producta , quæ apud nos præcipios Commercii Ramos constituerent possent — ideo Aula Borussica , cum sola Hungaria , in commercialem Collisionem venire vix po-test : quin potius cum ea Producta , quibus caret , ab Extraneis emere debeat , & le-viori Pretio , & facilius illa emet ex vi-cina Hungaria , quam ex aliis remotis Me-ridionalibus Regnis.

Per ultimam Occupationem Poloniæ & præsertim per Lineam Demarcationis Limitum, Necesitas enata est concludendi novi Tractatus commercialis. Jam per vastam Extensionis Lineam se contingunt Ditiones Cæsaræ Austriacæ, & Borussicæ. Vicini sunt Cracoviæ Borussi — Vicini Warschaviæ Cæsarei, & jam evenit Casus, quod per factam in Parte Cæsarea Evectionis Vi-  
tualium Prohibitionem, Warschaviæ Ca-  
ristia, & penuria causata fuerit: Borussi, Ti-  
tulo Repressalium, Impositam ad Vina Hun-  
gara Warschaviæ nunc Mense Septembri, au-  
xerunt in duplo.

Sed cum & ipsi Borussi, per novam hanc Correlationem, multum egant Favo-  
re teloniali Cæsareo, omnino proclives sunt  
ad vicissim concedendos Favores Telonia-  
les. Jam pro novo commerciali Tractatu  
hic Hyemic adhuc concludendo Consiliarius  
Dizenstein ex Parte Borussica denominatus  
est, cuius Notitiam Warschaviæ contraxi-  
mus — & observavimus illud Principium Te-  
loniale stabilitum esse, offere mutuos Fa-  
vores Teloniales — Casum in contrarium,  
gra-

gravare & prohibere omnem per Viſtulam  
Evacuationem.

Jam ergo ab hoc commerciali Tractatu, dependet possiblitas Industriæ & Opulentiaæ Superioris Hungariæ quidem proxime, sed totius etiam Patriæ, per naturalem illam Rei industrialis & commercialis Oscillationem, quæ velut mota in uno Loco Aqua, ad remota usque Litora undulat.

Proinde jam hic anticipare debemus, quod vix sufficienter repetere poterimus, Objetum hoc seriam depositare Publici Attentionem, & mereri ut S. Majestas Sacratissima exoretur, quo in stabiliendo novo Tractatu commerciali, Patriæ nostræ, ab Ære parato exhaustæ, omni Stimulo Industriæ destitutæ, & ob stagnantem Circulationem, quæ Vis Status vitalis est, deliquescentis, Benignam Reflexionem habere clementer velit.

His præmissis, quo ad supra nominatas has Productorum Species, Eid. Incl. Universitati ultro humillime referimus: & quidem

I. *Vine* — *omnis Gencris alba & ru-*  
*bra,*

bra , pro ordinario Potu deservientia , & melioris Sortis confecta , quam copiose , & excellenter Hungaria producat , omnibus nobis notum est . Tota Septentrionalis Pars Europæ , Polonia , Germania Borealis , Dania , Svecia , Norvegia , & vastum Imperium Russicum , nobili hoc Naturæ Produktō carent , & tamen , ita exigente frigido Climate , fortiorem hunc Potum , & appetunt , & consumunt , multo plus , ac nos meridionales Incolæ . Sed prævenerunt Majores nostros , in hoc quoque Commercii Rami activiores Incolæ Rheni , & Galliæ . Daniisci ne quinque Vasa quidem Vini Hungarici annuatim seu consumuntur , seu per Portum evoluuntur . Pari Ratione in omnibus illis Regnis , Mari Baltico adfisis , Vina Rhenana & Gallica , pauciora Hispanica bibunt opulenti ejus Incolæ . Tota Consumtio Vini Hungarici restringitur ad vicissimas Poloniæ ac Silesiæ Partes , modo autem , flagrante Bello Gallico , ad quasdam Russiæ Partes . Hoc , quod per Consumptionem Russicam accedit , decedit in Polonia , ubi antea in luxuriosis Procerum Poloniæ Dominibus , optima Vina Hungarica , per Eminentiam exorbitanti Pretio consumebantur ,

sed nunc, depauperato & divulso hoc Regno, neglecta jacent, & jam leviora Gallica, immo Cracoviæ Austriaca plane, ab omnini Telonio libera, bibuntur in copia.

Quam vastus exurgit Divitiarum Calculus, si recogitetur, totam hanc Consumptionem, Canali maxime naturali, ad Vina patria derivari posse? — Quantum Lucri exhiberent Promontoria Hegyallyaensia, Exportationi huic proxima, quarum sumtuosa Cultura, jam longo Tempore tristis Experiencia, fructuosa esse cessavit?

Effito Imperiale Austriacum exiguum licet 15 xr., cum æqualiter a Vasis & Antalconibus, ab ordinariis & confectis, solvatur: In Borussicis etiam Ditionibus indiscriminatam causavit impositam, a 4 usque 8 Aureos pro Vase efficientem. Æqualis hæc Imposita, naturalem hanc habet Sequelam, Vina pro ordinario Potu deservientia, Maszlás & Ordinaria, quæ recte maximam in Calculo Consumptionis, & Exportationis faciunt Rubricam, eam sustinere non posse, cum Imposita sola, sine Tricesimalibus Expensis, cum Pretium Vini in Duplum, Transpor-tualibus Expensis autem in Triplum evenerat: Eminentiora Vina confecta, jam per se multo

eo cariora , cessante Polonico Luxu , raris-  
fime bibuntur , nec pro ordinario Potu ad-  
hiberi possunt . Proinde adhaerent , & uni-  
us & alterius Classis Vina . — Si omnis Ex-  
portationis & Commercii , illud verum est  
Principium , ut Consumptio Producti , in ma-  
xima Quantitate procuretur : certe in eo no-  
bis elaborandum est , ut Vina ordinaria &  
Maszlás , maxime efferantur , ac Gallica &  
Rhenana illa , ex his nobis vicinioribus  
Regnis profigent ; quod omnino in natura-  
li Recum Cursu , sublata Imposita , præstan-  
tia sua effectuare possunt : Vinis eminentio-  
ribus Uvarum Passarum , cum in suo Gene-  
nere unicá sint , alioquin semper Valorem  
suum ipsa Raritate retinentibus .

II. *Dobana* nunc ex America , per An-  
glos & Hollandos , ad Partes has Septem-  
trionales , in quibus communis & universalis  
Plantæ hujus Usus viget , adfertur in Co-  
pia , sed caro Pretio . Existunt in Partibus  
illis Fabricæ copiosæ , quæ Folia Dohanæ ,  
in diversos Usus , diversimode præparant .  
Ac nostræ quidem Dohanæ multifariæ Spe-  
cies , pro utroque Usu & Fumigationis &  
Tabacæ , ac diversa earum Præparatione ,

æque sunt accommodatæ , ac Americana Dohana naturalis , leviori autem Pretio illam dare possemus certo , nisi Evectio illius & Transportus gravata forent tantis Impositis . — Societas Viennensis privilegiata , Abaldo dicta , habet Monopolium Producti hujus , nec licet evehere Dohanam , nisi adsint Passuales Societatis hujus , quas & denegant , & protrahunt , & taxant pro Arbiterio . — Præterea in Ditionibus Borussicis diversæ Impositæ , constituit Consumptionis Telonium circiter 3. R. fl. Transito autem circiter 1, R. fl. pro Centenario , — quas Impositas & Difficultates impracticabilen reddere ejus Evectionem , & cum Americana Dohana Concurrentiam , cuivis patet .

III. Gallis quercinis utuntur Cerdones & Tinctores pro Opificiis suis . — Præter Hungariam & Græciam nullibi tanta est illarum Procreatio , ut Ramum Commencii efficere possit . Ante 15 circiter Annos magna illarum Quantitas evehebatur Dantiscum & inde ultra ad Septentrionales Regiones . Viennenses Quæstores , & nominatim Wölner , cœperit Quæstum Producti hujus ad se pertrahere . — Scquebantur inox variæ Tricelinales

males Impositæ , & Prohibitiones etiam Evectionis Gallarum quercinarum : quarum Opportunitate Wölner complura Depositoria in Hungaria erigens , & illas partim Austriacis Cerdonibus vendens , partim per Albim Fluvium Hamburgum distrahens , ingentes commissavit Divitias. — Nunc a quatuor circiter Annis , durantem Evectionis Gallarum Prohibitionem , S. Majestas Sacratissima dignata est modificare eo , ut erga Solutionem i. R. n. 51 xr. pro Metreta Posoniensi evehere illas liccat. Sed & hæc Imposita cum Valorem Producti æquat , nimis grandis est , & omnem Evectionem impossibilem reddit. — Cessavit etiam ex integro Quæstus hic Daniiscum , ac Defectum Producti hujus , in Septentrionalibus Partibus supplere intendunt , Cortice Quercuum , & cariori & pejori Effectu : resumuntur priorem Manipulationem lubenter , ut primum practicabilis fuerit. —

Hæc sunt , quæ de tribus his Productorum Speciebus breviter exponenda censuimus. — Nolumus enim abuti Patientia Incl. Universitatis agendo de innumeris aliis Productis , quæ Patria nostra suppeditare posset ,

set, ut sunt Cineres clavellati, Canabæ; Coria, Lana, Pili equini, Ligna nauticæ, Metalla & Mineræ diversi Generis, Lariduni, & Caro salsa, — Fructus affi, Acetum, & Spiritus Vini — Fruges etiam cereis Temporibus. Omnia hæc Producta Rubricam Exportationis ingredentur, si Nexus commercialis Medio Portus Dantiscani, cum Septentrionali hac Europæ Parte stabilitetur. Nexus, quem Hungaria sollicitate requirendum habet, si ex Gradu Ruricolæ Nationis, quæcum bucdum occupat, ad Gradum industriosæ, commercialis & opulentæ Nationis se elevare cupit, quia in hoc Situ, quem ei Status Monarchiæ Austriacæ, cuius Pars est, imprimit, ubi Germaniam versus inde a Carpato usque ad Mare Adriaticum, propter vicinas Germanicas Hæreditarias Provincias, quarum peculiare Interesse, a longa inde Tempore Hungariam præcludit, nulla Industriæ & Commercii Libertate gaudet; ad Meridionales Partes vero, utpote æque ita fertiles nihil efferre potest: in hac unica Parte Poloniæ versus naturalem Virium Fertilitatis suæ Evolutionem, & adiutandam & secundandam sperare potest, tanto magis, quod id ipsum Emolumendum vicinæ Galiciæ

ciæ & Poloniæ Austriacæ , non tantum non impedit , sed depositit etiam Nexus , quem & ipsi Dantiscani de Existentia sua commerciali solliciti exoptant , utpote quæ per stipendum Incrementum Americæ Septentrionalis , ejusque Concurrentiam potenter , & per annihilationem Poloniæ redditur precaria , quemve nihil ultra sarcire potest , quam fertilis , omnibus Naturæ Bonis abunde dotata , Hungaria , industriali & commerciali Respectu , Maturæ Virginitatis Gloria eccebris,

Ad stabiliendum salutarem hunc Nexam , ad resarcienda illa , quæ hucdum neglecta sunt , requiritur Cooperatio & Adjuvamen Administrationis publicæ , cuius Co-operationis primus Gradus est , removere Impedimenta.

Eapropter Eidem Iuclytæ Universitatæ humillime proponimus , ut pro sua promovendi Boni communis Solitudine , Majestatem Sacratissimam humillimè exorare dignetur , ut

I. Exhausti sui Regni Hungarizæ , cuius Fidelitatis complura , hoc quoque atrocí Bello Gallico , accépit Documenta , Benignanæ Reflexionem habere , & conmodâ ejus in proxime inewndo cùm Aula Borussi-

ca commerciali Tractatu , paterne promovere clementer dignaretur. — Scimus quidem dari multos , qui seu ex erroneo Principio, seu ex Invidia Majestati Sacratissimæ persuadere conantur , Hungariæ , ne hac quidem ex Parte commerciale Liberratem concedendam esse , utpote quæ nescio quibus latentibus abundaret Pecuniis & Divitiis. His tamen Responsi loco , ostendendæ sunt , enormes omnium fere Comitatuum Contributionales Restantiæ , Difficultates , quibus Perceptoratus Officia in Contributionis Incassatione exposita sunt , & quas nec alias , nisi violentis quibusvis Executonibus superare possunt , in iste Contribuentis Status , Egestas Civium & Opificum , tenuis & arcta Subsistentia ipsius Nobilitatis , cuius maxima Pars vix tantum habet , ut pro Convenientia Status sui eluctari possit. Profecto relate ad Munificentiam Naturæ , vix datur pauperius Regnum in Europa.

II. Ut ad faciendum paternæ hujus Sollicitudinis Initium , S. Majestas Sacratissima gravem , qua Exportatio Galliarum quercinorum affecta est , Impositam , singulis tantum Individuis , cum Damno totius Regni , fructuosa , sufferri clementer jubeat. Nihil

per

p̄ id Altissimo Ærario decederet, vel naturalis enim Sequela gravis hujusmodi Impositæ est, quod nihil evahatur, & igitur nec Imposita incassari possit.

III. Ut Regnum a servili dependentia, in qua est, relate ad privilegiatam Societatem, Abaldo dictam, a cuius Arbitrio, & Permissione dependet, an Regnum quidam ex Dohana Extraneis distractare possit, vel minus? benigne liberet.

IV. Ut tam quoad Dohanam, quam quoad Vina Hungarica, potentes & efficaces suas Vices interponere dignetur Majestas Sacratissima, quo Borussicæ Impositæ, vel suffrantur, vel iniuantur, habita Vinorum diversæ Qualitatis Ratione.

Vt autem Vota hæc salutaria tanto magis nanciscantur Pondus: huimillime ultro proponimus Sensa hæc vicinis: aperire Incl. Comitatibus Sarosieni, Abaujvariensi, Zempliniensi, Borsodiensi, Tornensi, Gömörensi, Hevesiensi, Szabolcensi, Ungvariensi, Beregiensi, & Szathmariensi, ac simul require Excel. Consilium L. R. H. ut Desideria hæc potenti sua Interpositione apud

S. Majestatem Sacratissimam secundare dignetur.

INCLYTA UNIVERSITAS ! Nolumus hic agere de Principio illo , Usu jam stabilito , negare Hungariæ Industriæ & Commercii liberam Facultatem , propter Interesse Germanicarum hæreditariarum Provinciarum , quod non stricti Juris , sed ministerialis Fori esse videatur ; — nolumus indagare , an Principium hoc , qua ministeriale etiam , politice verum sit ? Annon Monarchia Austriaca , solidissimum & fortissimum , quod habere potest Existentiæ suæ Fulcrum , melius manciseretur in Hungaria , si illam pro Destinatione Virium suatum naturalium , & Munitientia Naturæ crescere , vicescere & florere permetteret ? — Id unice humillime proponimus , ut hac ex Parte Septemtrionem versus , quæ nec eum Ægario Regio , nec cum Germanicis hæreditariis Provinciis , nec cum Principio illo collidit , nunc , ubi Tractatus Commercialis , inter duas Aulas vicinas concludendus , oportunitissimam Occasionem præberet , nunc , ubi in Regni Comitiis nova Subsidia , mutuæ Fiduciae & Attentionis Specimina resolventur , filiali Fiducia

cia & Sinceritate , quam Justitia & Benignitas Suæ Majestatis Sacratissimæ suo Jure deposcunt , Favor commercialis , cuius Defectus Hungaria ita graviter ægrotat , & quo obtento , tanto validiores erimus , ad suppeditanda tam hæc , quam si requirerentur , etiam futura Subsidia humillime exortetur . — Nec dubitamus Eandem Inclyt. Universitatein ; pro patriotico suo promovendi Boni Communis Zelo facturam , quod & Juris sui & eminentis est Obligationis , cuius Effectum & Successum exoptatum , sequetur Benedictio Generationis præsentis & futuræ .

Qui cæterum gratiis Favoribus ultronos commendantes , profundo Venerationis Cultu perseveramus . Ejusdem Inclytæ Universitatis , Lomnicz Die 10. Octobris 1796. Humillimi Servi , Josephus Ujházy , De Budauér m. p. Gregorius Berzeviczy de Eadema m. p.

vebant, eadē adhuc sunt, imo tristi Experi-  
rientia adhuc graviora. — Tractatus Com-  
mercialis, quem vicina Aula Borussica inire,  
ac Hungaricis Productis Favores Commer-  
ciales concedere intentionabatur, evanuisse  
videtur, quia nova Aggravia Evectioni Vi-  
norum Hungaricorum in Ditionibus Borus-  
sicis accedunt. — Evectio Siliginis, Hor-  
dei, & Avenæ, Pecoris, Pellium, Lanæ,  
Fructuum assorum, multum restricta est &  
gravata. — Dohanam ad peregrinas Ditiones  
evchere Societas Viennensis Abaldo  
prohibet — Gallæ quercinæ Impositam E-  
vectionis Tricesimalem adhuc habent, Cen-  
tum per Centum constituentem — Zachari  
& Caffeæ Invectio ita dirigitur, ut exorbi-  
tans, quo Producta hæc solvere cogiuntur,  
Præmium lucrificet Viennensibus, alioquin ex  
omnibus his Productorum Regni nostri Pro-  
hibitionibus ditescentibus, — denique tota  
Res Industriæ & Commercialis Hungarica,  
ita captivata habetur, ut pro Indigenis exi-  
guæ & fere nulla sit merendi Occasio, sed  
Provinciis Anstriacis Gernianicis duntaxat  
fructificet.

Quod cum ita sit, & omnis Industria  
Com-

Commerciuumque jam jam evanescat<sup>1</sup>, cum intolerabilis sit Æris parati Defectus, & omnis subsistendi Ratio ingravescat, ut ipsa Votorum Nationis Hungaræ, ad ferendam atrocí hoc Bello Openi prompte consurgentis, Effectuatio possibilis & facilior redatur: Majestat. Sacratissimam Medio Excels. Dicasteriorum humillime exorandam esse censimus, ut vincula Industriæ & Commercii Hungarici relaxando, fidelem suam Nationem Hungarain Facultatibus reviviscere benignè sinat, ac Paternorum suorum Promissorum; nunc hoc, quod proxime sentimus, nobis exhibere dignetur Documentum.

Ne autem Preces hæ, Generalitate sua vagæ sint & indeterminatæ, eas pro præsentि hoc Tempore & Necessitate in sequenti-bus concentrari humillime proponimus.

i. Ut Evectio Frugum, quarum jani tanta est Quantitas, ut vilissimo licet Pretio vendi nequeant, Expulsio præterea Pecorum & Pecudum, quemadmodum ad Hæreditarias Provincias, ita ad peregrinas etiam Ditiones, quæ hosticæ non sunt, libera & irrestricta admittatur.

2. Ut gravis Imposita Gallarum quer-  
cinarum sufficeratur.

3. Ut Dohanam Hungaricam omnis  
Generis , naturalem & fabricatam , ad pere-  
grinas Ditiones evehere libere licet , nec  
obligentur Regnicolæ , Facultatem Evectionis  
a Societate Viennensi Abaldo sollicitare .

4. Ut Commerciali Tractatu , cum vi-  
cina Aula Borussica ineundo , Majestas Sa-  
cratissima liberam Vinorum , Dohanæ , Gal-  
larum , Minerarum , & aliorum Productor-  
um Hungaricorum , in , & per Ditiones Borus-  
sicas Evectionem stipulare , clementer digne-  
tur .

Rationes pro his supra adductæ strin-  
gentes sunt ex Rerum adjunctis , & Äqui-  
tate de promptæ : sed prostant alia etiam  
Argumenta , quæ Postulatum hoc , stricti  
Juris esse , & Legum Patriarum Sanctione  
munitum evincunt , Articuli 75: 1715. 78,  
116, 117: 1723. 27, 28: 1741. de libero  
Vini Commercio , eoque nullatenus aggra-  
vando , de libera Peccorum Expulsione , de  
regu-

Regulandis pro Emolumento Regni Tricentimis Leges continent; Articulus 59: 1546. statuit ut Rex liberum cum Polonia Commercium effectuare velit — Articulus 79 & 1681. disponit, ut liber, id est, æqualis Quæstus inter Regnum & Provincias hæreditatis exercetur — Denique si Regno huic Juxta Sanctimoniam Legum Art. 3<sup>o</sup> 1715. s, 11<sup>o</sup> 1741. & 10<sup>o</sup> 1791. sua constare debet Independentia, & nunquam ad Normam aliarum Provinciarum reduci, aut iis subordinari potest: omnino certum est, illud nec industriali commercialique Respectu ita gubernari debere, ut Provinciis Hæreditatis Germanicis, non sibi met ipsi fructificet, Legesque constitutionales Regni hujus, & strictam Justitiam id depositere, ut Oeconomia Regni hujus publica; in proprium suum Emolumendum dirigatur, nec ullius alterius Provinciæ commodo subjaceat.

Proinde INCLYTAM UNIVERSITATEM  
denuo interpellamus, ut occéptum, cum  
Applausu salutare suum Opus continuare,  
alios etiam Regni Comitatus, de quorum  
prompta Coöperatione, amica, quæ passim  
K obtine-

obtinemus, Responſa, nos dubitare non ſunt, eacum requirere, & ſic pro Bonorum Publici & Patriæ ſe interponere gratioſe dignetur.

Eiusdem Inclitæ Universitatis.

Leutschoviæ die 20. Febr. 1797.

Humillimi Servi.

Josephus Vitalis, de Eadem m. p. Ladislaus Görgöy, de Eadem m. p. Joannes Horváth, de Levkocz, m. p. Josephus Ujházy, de Budamér, m. p. Grégorius Berzeviczy, de Eadem m. p. Joannes Tothfalufy, de Eadem m. p. Ludovicus Ujházy, m. p. Ludovicus Alnaiſfy, de Filicz m. p.



## Approbatio Censoris cum ejusdem Observationibus.

**S**pectabilis ac Generosi Domini Gregorii Berzevitzy de Eadem & in Kakas Lomnitza, II. Comitatum Scepusiensis, Sárosiensis & Szathmariensis Tabulae Judiciariae Assessoris, Opusculum hoc, *De Commerce Hungarico*, Censuræ meæ substatutum, attente relegi, nihilque in eo reperti, quod sive Regiam Dignitatem; vel Publicum Regni Statum & Systema lädere; scilicet vero ad publicam tranquillitatem turbandam; mores depravandos; vel Religionem labefacandam pertinere posse: imo haustæ in diffusa, per Germaniam, Galliam, Angliam, Borussiam usque ad Mare Balticum peregrinatione sua, commercialis & industrialis experientia fructum ad correlativa Regis ac Monarchiae Apostolicæ prævehicenda commissa dirigi, adeoque fidelis non modo in Regem subditi, verum etiam boni erga Patriam civis, Officium expleci planc agnovi: ut præiudicat lucubrationem hanc. præstituto Authoris firri egregie respondentem, prælo dignata esse censem. sequentes nihilominus reflexiones meas adhuc adjici petam, utpote:

I. Ad finem Capitis I, paginam 5 sp̄t  
 stant ea, quæ auroram Hungaricj Commē-  
 cii testante Aloldo (a) jam sub Geisa, Senio-  
 re Magno (b) totius Hungariæ, illuxisse do-  
 cent. „

Urzo (*sive Toxo, ait ille*) mortuo,  
 „ Hungari elegerunt Geizani, — natura ini-  
 „ tiorem, — quam Patres sui fuerunt; —  
 „ & ideo in pace maiorem spem habuit. Igi-  
 „ tur — sibi — proposuit formare Panmo-  
 „ niam suam in republicam, & illam dita-  
 „ re non amplius injustis prædis, sed licitis  
 „ lucris. Et quia terram suam novit esse  
 „ bonam & fertilem; svasit genti suæ, ut arina  
 „ deponeret, & merces suas potius vicinis  
 „ distraheret, quas sibi Provincia sua co-  
 „ piōse germinaret. „ Hæc nempe felicitatis  
 illius initia erant, in quam Hungaria tan-  
 dem efloruit! „ Dux Bela (*inquit Anonym.*  
 „ Turczian. (c), feliciter coronatus, tenuit  
 „ Regnum pacifice, sine molestatione hosti-  
 „ um; & quæsivit Bona Genti suæ. Inter  
 „ cætera — fecit fabricari numos — ex pu-  
 „ rissimo Argento, & pretium rerum venia-  
 „ lium.

---

(a) In notul. ap. Cl. Kat. H. D. p. 503 & 504  
 (b) Ap. Adalbertin. Biogr. in Act. SS. T. III.  
 p. 185. (c) Chron. P. II. C. 45.

„ Iium — justo moderamine — constituit.  
 „ Non enim permittebat Mercatores & Nu-  
 „ mularios per detestabilem avaritiæ vor-  
 „ ginem a simplicibus & rusticis superfluum  
 „ lacrum congregare. Hæc est enim causa,  
 „ quæ maxime solet populos paupertatis &  
 „ inopiæ periculis obvolvere ; sed secundum  
 „ statutum pretium unusquisque vendebat  
 „ & emebat sine injuria & circumventione.  
 „ Iste omnia Fora die Sabbachi constituit  
 „ pro vendendo & emendo ; Byzantiosque  
 „ permisit currere per districtum Regni sui.  
 „ — Quapropter Hungaria , quamplurimum  
 „ locupletata , super omnes circumadjacentes  
 „ Regiones caput extulit , eas Divitiis vim-  
 „ cens & Gloria. Tunc in ea pauperes lo-  
 „ cupletabantur , & divites gloriabantur.  
 „ Huc accedunt veteri commercales , reno-  
 „ riorum quoque Gentium , Tractans , cum  
 „ Hungaros inici , quorum inter alios exem-  
 „ plum refert RR. Stephan. Katona ( in H.  
 „ R. H. ) , dum ab Henrico IV. Angliae Re-  
 „ ge , mutuam inter Subditos suos & Hun-  
 „ garos Commercii confœderationem stipulatu-  
 „ ro , Legatos Hartongum van Clux & Joan-  
 „ nem Stokcs , Literis ad Sigismundum Re-  
 „ gem & Status ac Ordines Hungariæ West-

**dalberto , Limitis orientalis , vel Ostrichia ,  
Præfecto , seu Comiti aut Marchioni A. 1025**

serat , & Fuldeasi Ananista ( ap. Murat. T. II. p. 376 ) patet , Hungaros ultra fluvium Anasi progressos , ingenerem hodiernæ superiori Austriae , rectius Ostrichia , seu orientali a Comagenis montibus , qui Carnicis alpibus inueniuntur , Germaniae limiti , vel Marchia , ipsique adeo Bavaria , stragam intulisse , ac propterea Leopoldum , Bavariae Ducem , & Limitis hujus orientalis Comitem , vel Ostrichia Marchionem , necnon Richarium , Patavicasem Episcopum , pro tuitione sui validissimam in Ievo Anasi litore , veteribus quippe Laureaci ruderibus , limitaneam cuin castro urbem opposuisse . Anonymus , Belie I. Regis Notarius , limitem hunc ( C. 57 ) pon- tem Guncil vocat . „ Dux vero Zulta — fixit me- „ tas Regni Hungariae . — ex parte Teutonico- „ rum usque ad pontem Guncil ( Anaso , infra ma- „ jorem & minorem Anisiam defluenti , impensis ) „ & in eisdem Partibus dedit Castrum ( ab Orofz- „ varino , Comitatui Mosoniensi adjacente , longe „ diversum ) construere Ruthenis , qui cum Amo „ Duce in Pannoniam venerant ; & in eodem con- „ finio ultra Iutum Musun ( a quo , Mosoniensis Co- „ mitatus nomen accepit , hodie populariter Fertó ) „ collocavit etiam Biszenos non paucos ( qui hodie „ dum ultra Leitam fluvium in Austria diffusi , Was- „ ser -- rectius -- Boßner -- Strouten appellantur ) „ habitare pro defensione Regni sui , ut ne aliquan- „ do Teutonici -- fines Hungariae devastare possent . „ Anisia nempe Urbs & fluvius Anasi Germanis Ens „ dicitur , cujns Ponte , per Hungaros ad procursio- „ nes in Ostrichiam facilius instituendas constructo , „ & ab injurialis custodiendo , quam iidem singula u-

(p) uxorem dedit. Unde factum est, ut hæc  
a Germanis, popularibus suis, *Frowe*, sive  
*Domina*, Leopoldi autem, primogeniti e-  
jusdem filii, vivente adhuc Patre, A. 1043  
de-

trinque castella objecissent, hæc Germani diminutiva  
Ensel. compilarunt, quorum memoriam duo hodie-  
dum Ensek & Ensdorf loca retineant. Anonymus  
igitur, quisunque is fuerit, ex quo sua Notarius  
Scripror Hungarus hauserat, exoticam pontis inter  
majorem & minorem Anisias impositi vocem ad simi-  
litudinem alterius Hungarici Castris Guncz, ubi no-  
tabilis perinde versus Germanicas colonias, hodie-  
dum Németi vocatas, commercialis Pons Hernado  
impositus erat, ex duabus Austriae Anisiis ad ma-  
jorem Ostrichia Anisiam, orientalem scilicet Ger-  
manicæ limitem. protenso nenti, a Germanis Ensel-  
Bruk dicto, ex ntrisque Gunc & Ensel vocibus vo-  
cabulum Guncil, seu veteribus Hungaris literam c  
ante vocalem i molliter, ad normam Germanici s  
enunciantibns, Guncil conflavit. Ut adeo cum ipse  
Hanszius (l. c. p. 188.) doceat, Hungaros limi-  
tem suum hoc tempore ultra fluvium Anasi produ-  
xisse; ex Ottonis porro II. Diplomate, Wolfgango  
Ratisbonensi Episcopo A. 979 (ap. Pez. in Thes.  
Anecd. T. I. Cod. Ratisp. p. 56.) elargito, pare-  
at, Ibisæ (Ips) fluvium Slavos (Ruthenis homo-  
lògos) acculuisse, certumque ibi montem Slavonice  
Ruznik appellatum fuisse, occidentalis, ab Anony-  
mo Notario designatus, & prævia ratione descri-  
ptus, Hungarorum limes, duobus quoque, Lu-  
dovici & Ottonis Imperatorum Diplomatibus, con-  
firmetur. [p] Albold. ad hunc Annum.

decēdētis, Consors (*Kat. l. c.*), perinde Adelhais, velut ortum ex nobili Domo (*Adelhaus*) ducens, etiam *Fromila & Fromiza*, sive minor *Domina*, vel *Domicella Austriae*, Partis nimirum Hungariae, compellarentur.

Vilhelmo Comite, ac Longobardiae Dominō, fatis A. 1026 cedente, Gisela ejus Vidua in Hungariam, maxime involuta rei Hungaricæ damno, ad Stephanum fratrem se contulit, & Nitriensi (qui hodiernam Moraviam, & inferiorem quoque borealem Austriae complectebatur) Comitatum (q.) impetravit. Pingui hac dote Hungaricæ, locuples Vidua, spes animo longe majores concepit, quam ut reliquam ætatem suam viduitati sacrare voluerit. Gyula quippe junior, Ultrafilvianæ antea Dux, a Stephano Rege, A. 1002 una cum duobus Bavia & Bucna filiis vito, & capto, ac Nitriensi (r) carceri occluso, ibi decedente; filii ejusdem, subinde custodia clausi, ad Boleslaum, sive Ladislauum Calvum, Slavonie borealis Dicem, Juditha, Stephanus Sorore, ob incestas nuptias (s) jam dimissa, Christianitate in Bohemiam.

con-

(q) Anonym. Notar. C. 37. (r) Tuzetz. C. 29.  
Anonym. Not. C. 24. 27. (s) cf. Conrad. Gen.  
Reg. Hung. ap. Kat. T. I. p. 479.

confugerunt, ubi sacris undis abluti, nomen Procopii accipientes, Belinensi castro & Urbe (*Bobensis Belzimov, Germanis Pilgram dicitur*) donati, limicuni custodes contra Hungaros Brunenses, adhuc ethnicos (*Dubr. H. Bob. L. 7.*), pro prædis excurrere solitos, agebant: seniore mortuo, junior Procopius (*Annalistæ Saxonii Pricos & Princii vocatus*), fratri plene succedens, Dynastæ Belinensis Comes datus (t), Giselam, Stephani Sororense, viduam duxit, ex quo Damaslaum filium suscepit, quem scilicet Henricus III. ab æ Regi A. 1042. surrogare voluit, in Bohemicam Ditionem suam repulsum.

Stephanus Rex, Emerico filio, totius Slavoniæ australis (u) Ducis (v), cui nempc quadriennio antea Cresimiri II, Croatorum Præsidentis, vcl Croatiae ac Dalmatiae suæ jura gue.

(t) *Ditmar. ap. Laibnitz. T. I. p. 420.* (u) *Slavonia australis a residua boreali Slavonia (cf. not. 1) & a), continuata Carpatorum, per scopulosa Danubii ad Lin- ciuum præmpta cum Comagena montibus nexorum, serie dividebatur.* (v) cf. *vetera Ecclesiæ Zagrab. Breviaria & Missalia sp. Kat. Hung. Reg. Hir. T. I.*

*gubernantis*, filiam (x) copulaverat, A. 1031  
 fatis crepto, Andream (y), Vasulis, ob ju-  
 venilem, ducta uxore pagana de generc Ta-  
 run (z), lasciviam converti nolentis, atque i-  
 deo (*Leventa*, *majore natu opportune cum*  
*matre sua elapso*) capti, & ad Nitriem  
 carcere (a) deducti, Cumanorum Ducis, fi-  
 lium, una cum Bela, ejus fratre, in aula sua  
 educatum, substituit, qui Dalmatiani, partim  
 a finitimiis Graecis, partim vero a Venetis,  
 dotem Anonymæ Othonis Urseoli, Venetia-  
 oum Ducis, hoc eodem anno in exilio dece-  
 dentis, uxori, Geisæ condam Magni Hunga-  
 roruñ Ducis, filiæ (b) olim datam, usurpan-  
 tibus, A. 1032 recepit.

Micislao seu Michaelc. II, Ladislai Cal-  
 vi vel Boleslai filio, quem Turótzius (C. 38)  
 populari sermone nostro *Miskam* vocat, clan-  
 destinis pellicum amoribus immerso, Rich-  
 za, Ezzonis Ernfridi, Rhenano. Pałatini Co-  
 mi-

I. p. 387. (x) Apud Luc. Edit. Schwandtner. p.  
 124. (v) Bandulus ap. Luc. I. c. p. 132. Andream,  
 adhuc Ducem, undecim fere annorum anticipatione,  
 Regem Hung. vocat. (z) Turótz. C. 42. (a) I-  
 dem C. 33. cf. Kat. H. R. H. T. I. p. 415.  
 (b) Ap. Luc. Edit. Schwandt. T. III. p. 128. Kat.  
 Hist. Duc. p. 602.

mitis , filia , uxor ejusdem , irritata ; sublatis  
 inter alios mariti thesauros , dñabus Poloniæ  
 ac Bohemiæ coronis ( quas Stephanus , Rex  
 Magnus , Patrui sui Michaelis filio , Ladislao  
 Calvo , non emancipationis , verum honoris  
 titule contulerat ) in ipsum iudevolutis , ad  
 Conradum Imp. in Saxoniam profugit , cique  
 memorata Regiæ Dignitatis insignia (c) de-  
 ferendo , speciosam cum Apostolica Monar-  
 chia æmulandi occasionem subministravit .  
 Pomeranis quippe , omnium primis , Conra-  
 do adhærentibus , Rex Stephanus , continu-  
 is a morte filii Emerici morbis implicitus (d) ,  
 Belam , Andreæ fratrem , cum selecto Hun-  
 garorum manipulo in Poloniam expedie-  
 cumque Pomeranos , quorum Ducem sangu-  
 lari certamine prostravit (e) , ad obsequium  
 reduxisset , in Hungariam reversus , Levensæ .  
 hoc est , Pugilis agnomen obtinere meruit .  
 Etiam Petrus , per Avunculum suum Stepha-  
 num cum copiis exmisso , Bulgaria (f) ,  
 triennali bello Græcis creptam , A. 1036 re-  
 cupera-

---

(c) Brunvillæ. Monach. in Act. SS. ad 21. Maji  
 ap. Kat. H. R. H. p. 413. (d) Turòtz. C. 33.  
 Carthuit. Edit. Pray. p. 155. (e) Turòtz. C. 23.  
 Cromer. L. III. (f) Zosar. T. II. p. 232. Cedren.  
 T. II. p. 720. 732.

cuperavit , & qualemque pro assequenda  
Hungariæ corona meritum posuit.

„ Stephanus interea , langvore gravis .  
„ simo se gravatum sentiens , ( A. 1078 ) , mi-  
„ sit nuncium , scilicet Budam , filium Egruth ,  
„ qui Vazulem , Patrum sui filium , propter ju-  
„ venilem lasciviam , — ut corrigeretur re-  
„ clusum , de carcere Nitriensi educaret , —  
„ in Regem prius , quam ipse moreretur , con-  
„ stituendum . Audiens autem hoc Keisla  
„ Regina ( Moraviæ , Procopii Consors , Pe-  
„ tri Palatini Mater , cum recte apud vale-  
„ tudinarium fratrem commorata ) , iniit  
„ consilium cum Buda , viro nefando ( ita  
„ Turotz l. c. ) , & — Sebum , Budæ filium ,  
„ Nitriam misit , qui Patrem suum præve-  
„ niens , oculis Vazuli effossis , in Bohemi-  
„ am ( Belinensem Procopii Provinciam ) re-  
„ cessit . — Regina enim ( hoc est , Fro-  
„ we , seu Domina Moraviæ ) cum Buda  
„ satellite scelerum ( g ) , Petrum Alamanum ,  
„ vel potius Venetum , fratrem Reginæ ( Fro-  
„ we scilicet Austriae , filie nimirum suæ  
„ Adelhaidis , ( h ) , Adalberto Ostrichia  
Mar-

---

g ) Turotz . C. 34. h ) Adelhaidem Anonymus  
Tárotz , alioquin Hungarus , quem Keisla ideo  
voca-

„ *Marcbioni*, nupræ ) præficere statuerunt,  
 „ — Post hunc ( Sebum ) veniens Nitriam  
 „ nuncius Regis ( Buda ), Vazulem ( i ) o-  
 „ culis orbatum, — duxit ad Regem, —  
 „ qui, ægritudinis molestia impediente, de-  
 „ bitam malefactoribus pœnari inferre non  
 „ potuit. Convocatis itaqne senioris Patruī  
 „ sui filiis Andrea & Bela, — consuluit eis,  
 „ ut, salutem & corporum suorum integri-  
 „ tatem conservaturi, quantocius fugerent.  
 „ Illi igitur, salubri consilio Sancti Regis  
 „ acquiescentes, a facie malorum & doloso-  
 „ rum in Bohemiam ( cui paulo antea Bra-  
 „ cislauum, cognatum utique suum, Richenza  
 „ consiliis obstitutum præfecerat ) fugerunt. •  
 Richenza quippe, Marito suo Miska, Poloniæ  
 ac Bohemiæ Duce, A. 1034 fatis cedente,  
 redux, non modo regiminis clavum arripu-  
 crat ( k ), veruni etiam cum Conrado. Imp.  
 colludens, dum totam ei Slavoniam borea-  
 lem, Casimiro filio ad Cluniacense Mona-  
 sterium  
 L

---

vocavit, quod nomen istud cum appellativo Frowe,  
 etiam Keislæ seu Giselæ, Stephani Regis Conjugi,  
 velut Hungariæ Reginæ, a Germanis antonomasti-  
 ce attributo, synonymum esse putaverit. i) Tuđotz.  
 C. 33. k) Dragoš. Hist. Pol. L. III. Cromer. L. IV.

sterium conjecto , subjicere conaretur , Bohemia quidem a Conrado impedita , exhaussa , Polonia vero seditionibus , contra insolens Richezæ gubernium excitatis , turbari cœpit , Exules proinde fratres , relicta Bohemia ( cf. Turutz. c. 38. ) in Poloniam ; ipsamque Russiam Hungaricam , cui nemp̄ antea filius Emericus ( 1 ) præfuissest , sibi , atque ad eo Monarchiæ Apostolicæ arctius adstringendam , eo successu transiverunt , ut bello triennali ( not. n. ) , a morte Stephani exantlato , Beila quidem ( m ) , ejus Richeza , ejus filiam Richsam ( n ) , Andreas vero Anastasiam Jaroslai , Russiæ Svecicæ Principis filiam , sibi matrimo-

( 1 ) Jurium Hung. in Russiam Explic. p. 4. Cf. Gerardin. Biogr. C. 19. ap. Kat. I. c. p. 416. ( m ) Turutz. C. 42. trienale bellum hoc mutuis periculis & laboribus gestum fuisse illis etiam verbis inuit : Nos , qui quondam penitus participes fuimus & laborum &c. Ceterum Turutziani Anonymi Historiam , pluribns locis confusam esse , jam plures observarunt , & ea , qua minus credibiliter subinde narrat , non penitus rejicienda esse , verum adjunctio duxerat , perperam assutis , aut male applicatis , ad caesuram reductis , fide sua niti agnoverunt . ( n ) Nomen Richezæ est appellativum Germanicum , ex Reichs auſſe compositum , quoq; ipsum Poloniz ,

monio copulantes, Poloniæ ac Russiæ Ducatus eisibus consue præfuerint, donec subinde Andreas a Christianis ex Russia, & cum hoc etiam Levente, senior natu ejus frater, A. 1046. ab ethnici Hungaris ex Cumania, ad capessendum supremum Imperii Hungarici Principatum; perinde Bela, minor natu eorum frater A. 1055. ex Polonia semel, ac iterum (o) A. 1060 evocati fuissent. Hæc penes isthic adnexum Schema Genealogicum uberioris enarrari debuerunt, ut Historiophili plurimi, obeunte Stephano, controversiarum ac bellorum in Apostolica Monarchia fomitem, duarum, ita dictarum, Giselæ ac Richczæ Reginarum, collusione, ipso adhuc vivente Magno Rege Stephano, accensum, advertere valeant, quem subinde, Petro ac Salomone rerum potentibus, ab Henrico III, Conradi, & Henrico IV, tertii filiis, callido amicitiæ vinculo suflatum, atque in apertas flaminas erumpentem, Bela & Geyza,

L 2

---

velut prætensis Imperii Germanici, extremos limites, a Richesa (Coronis Bohemiæ ac Poloniæ, ad Conradum Imperatorem delatis) oblatos importat, unde filia quoque ejusdem, Belæ Regis consors, nomine adhuc magis contracto, Germanis Richsa cœpellabatur. (o) Turótz, C. 39. 42. 44.

za , Magni Reges , ita restinxerunt , ut Monarchiam Apostolicam in priore sua integritate conservaverint , ipseque S. Ladislaus , Geyzæ frater , qui se in Diplomatibus adhuc *Hungarorum Regem* vocat , integrum gubernaverit .

Præterea alias Domus Austriae cum Bohemiæ Ducibus , ex Arpadano sanguine , ut præmisram , ortis , connexiones , ac solum indicare adhuc liber , Elisabetham Sigismundi , & Annam Ludovici II. Hungariae Rcgum , filias , illam quidem Alberto Austriae , hanc autem Ferdinando I. clocatas fuisse . Ut adeo pateat , Albertum & Ferdinandum I. non alio , quam jure nexus cum Hungarico sanguine Arpadano ex Austria perinde ita , sicut olim Leventam , natu majorem Vazulis filium ( *cujus non coronati regimen se ad annos duos , mensis decem ( p ) extendit* ) e Cumania ; Andream I. e Russia ; Belam I. e Polonia , Geisam I. e Bulgaria ; Colomannum & Belam II. iterum e Russia ; Uladislaum II. e Bohemiæ Ducatibus , velut Hungariae Partibus , per Hungaros ad capessendum supremum Hungaricæ ( *Turz. C. 29.* ) vel Apostolicæ Monarchiaæ Gubernium , evocatos haberi .

III. Ad Capitis VII. pag. 61, & Notam \*

Hodiernæ Viennæ denominationem Hungaræ deberi sequentia evincunt : Postquam **Edek - sur - us**(oo), Germaniæ orientalis, Albi & Viadro flaviis adsitæ, Dux, Coloniæ ad Spream (p) residere solitus, Regnum Italiæ, decennio patriis Hunnorum institutis ac legibus nomine **Regio** (q) a se administratum, A. 476; Noricum autem sequente A. 477 occupasset, Pannonias quoque Occidentis Imperio, jam suo (r), adjecturus, Flaccithei filium, qui ex prædicta orientali Germania, cum aliqua Rugorum Odoacri parte, secedens, Theuderichi, Atilæ (per Aladarium) (s) ex Domina Kreyhultz, Detrici, de Verona Svecica (Clav. p. 289 & 291.)

L 3

Prin-

(oo) Prisci Rhet. Edit. Posol. C. II. §. 3. 4. **ΕΔΗΚΟΝ** genere Hunnus, Procopii aliorumque Odoacer, præcipuus Atilæ A. 454 mortui, Miasster. (p) Turótz. P. I. C. 18. (q) Procop. de B. G. L. I. C. 1. Petav. Hist. temp. T. I. (r) Cand. Isaur. Ecclog. Hist. p. 19, (s) Turótz. P. I. C. 25; Olabi L. II. C. 17. Aladaricum; Jornandis Ardasicum; Procopii Alaricum; Malchi Ottiarium; Theophanis

**P**rincipis Sorore (t) suscepitum filium ) videlicet nepotis beneficio, Pannonianu superiorem, Danubio aditam, possidebat, ad obsequium, sibi præstandum, tentaverat. At ille orientali potius Imperio, ad quod ex prima sub Diocletiano facta divisione, spectabat (u), quam occidentali subesse voluit. Odoacer itaque in Flaccithei filium, velut fugitivum & rebellem subditum suum, exacerbatus, cunctem criminis læsa Majestatis suæ reum pronunciavit, id quod appellativum iphius nomen *Fōbe Felekhes*, ex quo nimis Scriptores Latini proprium *Pbæbæ Feletbei* nomen desumserunt, nobis hodie dum importat. Susce-

phavis Triarium. (t) Detricus iste, Affinis Atilæ, ab alio Detrico sive Theodorico, Valameri filio, Gotorum Rege, cui Turótzius (C. 11 & 12) prædicatum de Verona Italiz prius attribuit, quam Veronensis dici potuerit, longe diversus est. Bellum enim Pannonicum ad Potentianam A. 474, quo Julius Nepos (cui Romulus Augustus, Orestis, Atilani. Cancellarii, filius, ac ita demum Odoacer successerat) Veronæ imperavit, profligatum est, Detricus vero posterior, Odoacro, Italiz primo Rege, post plures a bello Pannonicō annos, Veronæ cæso, secundus Italiz Rex fuit, ac propterea Veronensis dicebatur. (u) Viet. de Cæsarib. L. IX. c. 12. Flav. Vopisc. in Carino. Paul. Diac. Hist. Misc.

Suscep̄ta porro subinde in Pannonias exp̄ditione , qvum Phœba Felethcus ad Vindobonam contra Odaacrum , Principem suum arm̄a corripere , hoc est : Fōbe vīsi , ausus fuisset , Vindobona Hungatis in perennem rei memoriam Fō Vīnye , seu theatrum belli , a Principibus ( Odoacro & Feletheo ) gesti , unde iterum Scriptores Latini & Germani suam Favianam & Favien derivarunt ( v ) deinceps dicebatur , donec exrita subinde syllaba prima ( x ) Hungaricum Vīnye , Germanicum Vien remansisset , ac denique Alhaldi , Adalberto , Ostrichiae Comiti , nuptæ , a Stephano Rege in premium dotis collata , eodem significatu retento , populariter Bechey ( Turótz . C. 57 ) , nobis Bacs appellari cœpisset.

Adalbertus iste in Privilegio Andreæ I , quod A. 1055 Tythoniensi Cœnobio ( y ) concesserat , inter alios Comites vel Dukes ac Barones Regni , sub Woiteb Comitis nomine ( ita Slavi Austriae Adalbertum populariter vocabant ) subscriptus legitur . Inaniter proinde Notitia Urbis Vindobonæ ( pag . L 4 . 38 . )

( v ) Notie. Urb. Vindobonæ p. 59. 20. Edit. Vindob. A. 1764. ( x ) Calles. Annal. Austriae P. I. p. 338 & 542. y) Ap. Kat. H. R. T. II. p. 112.

38 ) inter alia refert , ejusdem , A. 1058  
 mortui , filium Ernestum , antelato Privilegio  
 immediate post Patrem suum sub Latino *Irenei Comitis* nomine subscriptum , per Hun-  
 garos (z) Erney vocatum , confirmationem ab  
 Henrico IV immunitatis tributorum , Imperio  
 pendendorum , quam *Julius Cæsar & Clau-  
 dius Tiberius Nero* terræ huic concessisse  
 cerebantur , iniperasse ; quin sibi constare  
 debuisset , Austriae eo tempore , non oc-  
 cidentali Germanico , sed orientali Hungari-  
 co Imperio obnoxiam fuisse. Gratitudo A-  
 dalberti successorum ob collatam a S. Ste-  
 phano Austriae Dotem vel ex eo patet , quod  
 in Austria quoque publicum Sancto Regi  
 festum fuisse dicatum ex vetustissimo MS.  
 Calendario (a) Domus Austriacæ probetur ,  
 imo princeps Viennense Templum , a Leo-  
 poldo Pio , Adalberti nepote , ac hujus filio ,  
 Adalberto II , qui Hedwigem Alini , Galiciæ  
 Ducis , filiam , Uxorem habuit , non Ste-  
 phani Protomartyris , verum Hungariæ Re-  
 gis honoribus constructum haberet , nec du-  
 bitare liceat.

IV

---

z ) Turócz P. II. C. 52. a) Cf. Kaz. H. R. T. II.  
 p. 453.

IV. Ad Capitis VII. pag. 71. ubi Hungaria per se ac pro se Regnum esse inducitur Hungarorum quoque origines perstrigendas esse censui.

Hungarorum nomen, cum aspiratione, jam sub tempore primæ Majorum nostrorum, qui se Magyaros vocabant, Seculo IV. per orientalem Europam diffusionis cognitum fuisse patet ex eo, quod iidem paulo post Attilæ mortem a Scriptoribus hoc nomine compellentur. *Raderus hypogemii*, Salisburgi erutum, cum hac epigraphic (ap. *Hansz. Germ. Sacr. T. I.*) exhibet: „ Anno Domini CCCCLXXVII. Odoacer Rex Ruzenorum ( vel Rugorum ), Gepidi, Goths, Hungari & Heruli contra Ecclesiam Dei sœvientes, B. Maximum cum sociis suis LV, in hoc speleo habitantibus, ob confessionem fidei trucidatos præcipitatunt. „ *Jornandes* ( b ) Scythiae sicutum describens, ait: *Hunugari* ( lego Hungvari ) autem binc sunt noti, quia ab ipsis pellium mu-

L 5

„ mu-

b) Qui circa A. C. 550 floruit, de reb. Germ. C. 5.

, murinarum venit commercium. „ *Idem* (C. 52.) Atilæ filios, a Valamiro Gothorum Rege, in fugam versus, eas partes Scythicæ petuisse narrat, quas lingua sua (Magyarica) *Hunni-vár* ( sive Honni - vár , id est, gentilicium castrum ) appellavit. Ex hocce pellicium murinarum, sive Zobolinarum, quibus, testare. Anonymo Belæ I. Notario ( C. I. ), Magyari etiam ignobiles vestiebantur, commercio , per Jornandem Hungaris attributo , & Hungarorum Castri , ad Isterum constructi, situ patet Atilanorum Hunorum extensionem, inde ab Albo & Balteo mari usque ad Istrum pertinuisse.

Veteris hujus Hungorum castri siue & memoriam Græci Scriptores retinuerunt. Procopius ( de Ædiss. L. IV. C. 6. ) ait : „ Non procul ab Hunnum castro geminis hinc inde praesidiis munitus Ister fuerat: ac Pannia latiolium quidem appellavunt, quod erat in Illyrico, oppositum vero Sicibadam. Haec ævo pessimumdata, Imperator Justinianus renovavit. „ Georgius Monachus vel Syncellus Procopianæ huic Topographiae faciem præfert, ad A. C. 274 ita scribens : „ Aurelianus, Dacia Trajanæ ( Istra, Tisico, Carparis & Danasteris limitata ) barbaris relicta , viros ac mulieres

res suum Mæsiæ medium jussit incolere. Mæsiæ nimis eos hinc inde ambientibus, spatio medio Dacia (*Aureliana*) vocato. Ex hac Hunnorum Castris, à Jornande Hunni-vár dicti, ad genuina Romanorum præsidia, quorum aliud Palatiolum in Illyrico, seu superiore Mæsiæ, erat, vicinitate manifeste patet, aliud præsidium, Sicibada dictum, ad Ciabri, Aurelianam Daciam ab Illyrico separantis, confluentem, adeoque *Palatiolum* in lœva, *Sicibadam* vero in dextra Ciabri confluentis ripa, non procul ab Hunnorum castro substitutæ, prout etiam hodie dum Sicibadæ memoriam castrum *Zibritz*, a cognomine fluvio *Zibritz*, scū Ciabro ita dictum, retinet (c)

Anony-

c) Ingentia Hunnorum, vel potius Hung-várorum castris, ad utramque confluentis Alutz estiendum oram latissime diffusa valla terra, Viennensis novorum Ephemeridibus adnexa charta cum Epigraphe: „ Charte, des bei recognoscirung den 13. Maj 1790 bei der Festung Turnal vorgefallenen Scharmützels der Königl. Truppen unter Commando des General Majors Kray gegen die Türken. Nro 66. „ quam distinctissime exhibet.

Anonymus Notarius (C. II.) Hungarorum nominis originem indicans, ait: „ Hungari dicti sunt a Castro *Hungū*; — „ Omnes nationes circumiacentes vocabant „ Almum, filium Ugek, Ducem de *Hungū*; & suos milites vocabant *Hungvaros*. „ In eo tamen (C. XIII.) lapsus est; quod nomen *Hungū* hodierno *Ungvár*, ad Ungum amnum situm, non autem veteri, ad Alutæ ostia Hunnorum castro, applicuerit, adcoquè recentius castrum *Ungvár* cum veteri castro *Hunni*-vel *Henni*-vár, confuderit. Rutheni, Slavis homiologi, *Ungvárinum* aceolentes, illud hodieum genuino veteri nomine *Ucb* sive *Ucb-grad*, *Ucb-grod* vel *Ucb-gorod*, pro ratione dialectorum appellant, cui scilicet expugnato, quum Almus *Ungvárini*, hoc est, *Ungensis metropoleos* nomen ab alliente *Ung* amne indidisset, Germani, Ostrogothorum reliquiæ, novam Almi nomenclationem secuti, Provinciam lingua sua *Ungard* vocarunt. (d) Ut adeo *Sa-*  
*la-*

d) Quod Germanis *Gard*; id Slavis *Grad*; Ruthenis & Moscis *Grod* vel *Gorod*; Moravis & Bohemis *Hrad*; Hungaris *Vár*, Latinis autem Pro-

*Ianus ( Bulgarorum , origine Slavorum ) Dux  
( & ipse Bulgardo - Slavus ) , — Arpadium ( te-  
stante Anon. Not. C. XIV. propterea ) Du-  
cem*

---

vinciade Castrum est „ Ruzia enim , sive Russia ,  
„ testantibus Slavorum Chronicis , Auctore incerto  
conscriptis , quæ Lindebrogius ( Coll. Petrop. T.  
„ X. p. 375. ) edidit , a Danis ( origine Germanis )  
„ Ostragard , id est , in Orientē posita . -- vocatur .  
„ Dicitur enim Caunigard [ rectius Künigard ; ve-  
„ teres enim Magyari literas ch eo modo enuncia-  
„ bant , quo Germani hodie literas esch enunciant )  
„ ideo , quod sedes Hunnorum primo ibi fuerit .  
„ Cujus Metropolis Chue [ Kiow , nobis Kewehe-  
„ za , quam Atilla mediocris natu frater Kewe ad  
„ Borysthenem , sicut Buda Budam ad Danubium ,  
„ & Atila Atilam urbes ad Volgam fundavit . „

Turötzius ( P. I. C. 11. & 12. ) ubi Detrici de Ve-  
rona & Martini ( rectius Marcianni , filii quippe  
Anthemii ( Cf. Capd. Isaur. in Bibl. Phocii ) bel-  
lum ad Potentianam in Pannonia cum Bela , Keme  
& Kadicha , Chelz filiis , nequaon Atila , Kewe ac  
Buda fratribus , filiis Bendegws , Hunnorum Ca-  
pitaneis , gestum fuisse pretendit , una Kewem cas-  
sum ia Keweza , vel Keweháza seu Kewe domi-  
niclio sepultum esse memorat. Alibi autem ( C. 23 )  
Detricum de Verona belli , post Atilla mortem , in-  
ter filios Csábam & Aladarib⁹ de imperio exorti ,  
concitatorem fuisse ; Csábat vero suum Bendegws  
in Scythia , Corosmanorum sive Persarum geno  
( C. 22. ) etiam Bactrianos vocat , adhuc vixisse por-  
hibet.

cem Hungariæ quasi deridendo salutaverit; quod idem Arpad, licet Castrum Hungu, sive Hunni - vel Honni - vár adhuc per Geolum (C. XV. XVI.), Ultrasilvaniæ Ducem, possideretur, insigne ac vetus Hungariæ Ducas

bibet. Quemadmodum autem Veronam (Benn, Cluver. p. 289. 231.) Italiam, cum Verona (Benn, serius Donawerda) Sveviæ confundit: prossus ita Detricum sive Theodoricum post plures ab Atilæ obitu annos (not. t.), Italiam Regem, cum Detrico sive Theodoricu Sveviæ Dynasta, Atilæ affine, adeoque Alarici, Gepidarum At-ur-i, avunculo; bellum inter Theodoricum Vesegothorum, futurum scilicet Italiam Regem, & Theuderichum, Atilæ neptem, ac Ostrogothorum Regem, ad Potentiam annis 474 gestum, cura bello inter Atilæ filios, concitatore Theodoricu, Sveviæ Dynasta, exorto; Atilam cum Csâba; Csâbam cum Elacho; Bendegwsum; Csâba I. seu Ernachi propatrum, Prisci OEBarsium, cum Mundiucho, ejusdem avo; Kewem; Munduchi filium, cum Kewe, filio Chels; denique Keweazo ad Borysthenem, ubi Kewe, ejus fundator, Atilæ frater, natus mediocris; cum Keazo seu Kemeazo ad Danubium, ubi Keme, frater Belæ, anno adhuc 379. cæsus, sepulti erant, perturbavit. Omnis hac relatio, e genuinis quidem fontibus hausta, male tamen disposita, si rebus, temporis, ac personis applicetur, veritati plenissime coheret.

Porro

etis axioma, occupato dūtaxat limitaneo ac  
viliore Uch, sive Uchgrad, vel Ungard, no-  
bis Ungvár Castro, usurpare sustinuerit. Ac-  
que

---

Porro Castri urbisqne Atila, sen Etelvár aut  
Etelburg olim vocatae, ad lāvam Volgæ ostiorum  
ripam vestigia, in recentissimis quoque Dœrschianis  
mappis, Viennæ A. 1787 editis, per voces: Ru-  
derae urbis Tartaricæ, indicantur. Domestici qui-  
dem annales tradunt, Atilam a suo nomine urbem  
Atila eo loco fundari jussisse, ubi hodie urbs & Ca-  
strum Buda eminet, Budamque, iuniorum natu ejus  
fratrem, non modo de tyrannide arripienda cogitasse,  
verum etiam fratribus, Gallico bello distracti, consilia  
prævenisse, ac urbem (Thurätz. C. 16. Olach. in  
Atila C. 13.) a suo nomine Budam dixisse, ut a-  
deo propterea ex Atilæ insidiis, de quibus tamen  
Anonymus, Belæ I. Notarius, altissimum tacet,  
caesas fuerit. At sententiam hauc sustineri nequire,  
sequentia evincunt. Atila enim in priore Galicana  
expeditione, quam A. 438 (Prosper Aquit. in Chron.)  
idem Ætio, iste autem Litterio concredidit, non  
erat præsens, posterior vero, Atila Duce A. 451  
suscepta, a Catalaunicis campis famosa, expeditio  
Budæ mortem, A. 445. (quo Atilam Acatiris &  
Sarmatis Asiaticis infestum excutisse, alibi doceo)  
enata, subsecuta est. Atilam præterea in Budensis  
castro aut urbe nunquam, sed in hodierno Comi-  
tatus Hevesiensis prædio Fegyvernek aulam defixisse,  
ipsiusque adeo Budam, Pannoniarum Vám-urum,  
fraude Romanorum perivisse, perinde alibi doceo.

Credit

que hinc facile concipi jam potest , cur ab aliquibus Germanorum nobis Hungarorum sine aspiratione , cum tamen alii nos rectius Hungar - os ; ita etiam cur ab aliquibus Slavorum nobis impropria Ucbr - ri - orum ,

cum

Crediderim patriis aduersariis Scriptoribus , alioquin longe posterioribus , narratione illa , quam de patrato Atilæ in Buda parricidio circumferri viderant , confessis , occasionem præbuisse , ut ipsas quoque homonymarum Atilæ , Kewæ ac Budæ urbium foundationis origines & loca perturbarent . Atque ut ad rem veram : Iustinus Imperator , testante Menandro ( in Excerpt. Legatt. p. 198 ) Zemarchum Cilicem , inducis A. 569. exequuntibus , Legatum ad Csabam IV. sive Dizabulum , Atilæ abnepotem in Asiaticum occidentale Hunnorum Imperium expeditum . Is , Legatione absolta , redux , per arenosas Caspia paludis oras eques iter facieas , duodecim diebus prærupta ( montium paludi ab ortu incubentium ) prætergressus , pervenit non modo ad Hich ( Hiaisti hodie Yemba ) , sed etiam Daich ( Jaich vel Jaik ) fluviorum alcas , & rursus per alias paludes in Attilam urbem ( ΕΙΣ ΤΩΝ ( lego ΤΗΝ ) ΑΤΤΙΛΑΝ ΠΑΛΙΝ ( lego ΠΩΛΙΝ , secus enim illud redundaret ) ad Hugoros . , Cantocia , , eus hunc locum ita reddidit . : „ Attigit ripas non solum quinque Hich , sed etiam Daich , & rur sus per alias paludes Attilam , inde ad Hugo- nkos , „ Vergilius præter id , quod interpres Græcam precepit .

cum tamen iterum alii , ac discrete Illyrii non proprio populari *Madzar*-orum nomine vocent , compellatio adhaeserit ?

V. Ad ejusdem Capitis VII. p. 73 , ubi Hungaria inter secundae Classis Europæ Regnâ refertur.

Hungariam , Regnum primæ Classis , quorum duo in Europa erant , esse debere , sequentia , præter jam dicta , evincunt . Scapo huic genuinæ Græcarum Sacræ Regni Hungariæ Coronæ Inscriptionium , quas D. Samuel Decsy , Ephemeridum Hungaricarum Scriptor , in opere suo , quod A. 1792. Vienæ adeo typis ( utinam meliore , prout RR. D. Katona in opusculo suo , Budæ A. 1793 itidem Hungarice edito , perstringit ; cum

M

cen-

præpositionem **EIS** , vel , IN salva Graci sermonis proprietate extittere non potuerit , eadem præpositio isthic motu in Locum , non vero motu in fluentem coegerit . Graci porro Scriptores Volgam Hungarum nullibi Attilam , sed Atalim vocarent . Ue- deo urbs Atila , quam Munduich pater in personam nativitatis primogeniti filii , successoris uspote sui , memoriam construere cœpit , Atila vero turribus ac mœnibus instruxerat , olim hoc loco subliterit .

censura) vulgaverat, perperani interpretatur, explicatio cum primis deservit. Praelaudatus Katona in antelato opusculo suo plures Declarandas assertiones egregie recensuit, in contamen aberravit, quod p. 50 & seq. circa ullam necessitatem cum codem circa Michaelem Ducam, Constantinum item Porphyrogenitum, ejus filium, & Geyzam I, Hungariæ Regem, coævos, inferiori Sacrae Coronæ circulo præterensive insculptos, transfigere videatur. Anterior enim circuli Coronæ hujus, per ipsuni Decessum produetæ, facies habet sequentes quinque Græcas cum suis iconibus inscriptiones: 'Ο ΓΕΩΡΓΙΟΣ (GEORGIUS). 'Ο ΑΡ. ΜΙ (ARCH. MICHAEL).

<sup>x</sup>  
 'Ο ΑΡ. ΓΑΒΡΙΗΛ (ARCH. GABRIEL.).  
 'Ο ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ (DEMETRIUS). Eminent in medio Salvatoris imago, cum contraæta inscriptione Græca ΙΣΧΥΡΟΣ (JESUS CHRISTUS). Posterior vero ejusdem circuli Sacrae Coronæ facies exhibet sequentes itidem quinque Græcas cum suis iconibus inscriptiones: 'Ο ΔΑΜΙΑΝΟΣ (DAMIANUS). ΚΩΝ. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ  
 'Ο ΠΟΡΦΥΡΟΘΕΝΗΤΟΣ (CONSTANTINUS)

TINUS REX ROMANORUM PORPHY-  
ROGENITUS ). TEΩBITΖ ΑΣΒΕ-  
ΣΤΟΣ ΚΡΑΛΗΣ ΤΟΥΡΚΙΑΣ ( GEO-  
VITZ IMMARCESCIBILIS REX TUR-  
CLÆ ). Ο ΚΟΣΜΑΣ ( COSMAS ). Emi-  
net iterum in medio Magni Constantini ima-  
go cum contracta inscriptione Græca :

M. KΩΝ. ΧΩΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥ. ΡΩ-  
ΜΑΙΩΝ Ο Φ. γΑ. ( MAGNUS CON-  
STANTINUS , CHRISTO . EIDELIS ,  
REX ROMANORUM , FLAVIUS VA-  
LERİUS ). Decsy autem , ut imaginationi  
suæ , de *Michaële Duca & Geyza* conceptæ ,  
satisfaciat , primam initialem literam *M* , in  
cujus vertice gamma contractum *F* conspici-  
tur , pro Michael , cum tamen *ΜΕΓΑΣ* ,  
id est MAGNUS significare debeat , finale  
vero literas tres pro *ΔΥΚ.* perperam inter-  
pretatur.

Omnés præmissæ imagines , unica Geovitz-  
æ seu Geitz - æ aut Geiz - æ exclusa , habent  
circa caput aureolam , quæ ab Ecclesia Ro-  
mana , tantum *Sanctis* attribuitur. Atqvi  
Michael Constantinus Ducas , & alter Con-  
stantinus , ejusdem filius , inter Santos re-  
lati non sunt , clarum ergo est , non

bos , vernum illos Constantinos , utrosque Sanctos ( quorum prior A. C. 337 , alter autem ab inchoata Hungarorum , testante Cedreno & Zonara , conversione notus , A. C. 959 mortuus est ), Sacrae Coronae insculptos haberi . In Geovitz - æ posso nomine , cuius apud Hungaros Geitz ( *Ditmaro , Scriptori Germano , Vaic , id est , Veitz , rectius Geitz* ) , Geitza , Getzi , Götz , Getzö synonyma sunt , S. Stephanum , a suis popularibus , Gövitz seu Geovitz , ex paterno Götze seu Geotze aut Geitza nomine , plane ita , sicut ex Ur diminutive *Uras* dicimus ( c ) , vocatum , intelligi , vel ipsum immarcescibilis epithetum , quod stylo , in Ecclesia Romana recepto , Coronæ , Græcis ΣΤΕΦΑΝΟΣ dicitæ , adjici solet , palam evincit ; quid , quod Silvester Pontifex , Græcam inscriptionem , ad evitandam omnem amphibolię , populari potius antelata Gövitz , quam Græca Stephanos voce in denominando homonymio S. Stephano , profus ita , sicut vocabulo *Krales* in designando Rege Orientis prudenter sane ac provide , pro ratione tem-  
poris

pōris illius adjunctorum, uti debuerit? Verū tūtissimi enim Hungari, sive Hunni aut Magyari, summos in Asia Imperatores suos pri- mū *Mo-gor-os* ( vel Sapientes ), deinde *Isten-fi-os* ( Dei filios ), ac porro *Csā-aba-s* ( Gentis Patres ), denique *Csā-kān-os* ( Gen- tis Duces ), postremi vero, in Europam trans- eentes, summos Principes suos populariter *Nagy-Ur-os*, hoc est, *Magnos Dominos*, vel *Seniores Magnos*, vocitabant. Propri- um igitur nomen appellativum, quo Reges ita dictorum Regum, quales duo tantum in Europa, occidentalium quippe ac orientali- um Romanorum Imperatores erant, designa- sentur, gens nostra non habuit; Slavi autem occidentis Regem, notatione nominis a Caro- lo Magno ( Germania Karl dicta ), collapsi occidentalis, inclusa omni Gallia & Ger- mania, Imperii Anno 800 Instauratore, de- sumta, *Kral-em* vocitabant ( f ), cuiusmodi vocem non moda S. Stephanus, qui se in Diplomate Græco, Sanctimonialibus de val- le Vesprimensi A. 1011 ( g ) clargito, Kra- lem totius Hungariæ appellat, assūmisit, ve-

M 3

rūm

---

( f ) Cf. Szark. Conj. p. 17. ( g ) Apud Pray. in vita S. Margarethe p. 221.

rum fors ipsi etiam Hungari civitate sua  
 donarunt, donec subinde Bela III, CPoli e-  
 lectus Orientis Imperator (*Palma I. p. 534*)  
**KYPI-AΛΕΞΙΟΣ** ibi dictus, per Hunga-  
 ros, qui Regem suum alioquin posterioris Eu-  
 ropæ orientalis Imperatorem else noverant,  
 ac propter Schisma Phocianum Græcis æqua-  
 ri noluerunt, in Hungariam evocatus, & fa-  
 cra Corona rediunitus, alteri nominis nota-  
 tioni *Kyr-al*, qua Regem significamus, oc-  
 casionem dedisset. Ut adeo Silvester Pon-  
 tifex S. Stephanum, cuius dexteram dupli-  
 cata cruce, velut delati post Magnum Con-  
 stantinum orientalis Apostolatus tessera, or-  
 nari voluit, usitata inter Hungaros voce *Kra-  
 lems* Turciæ appellando, sed Coronam quo-  
 que, testante Anna Cominena (*Alexiad.  
 III.*) Imperiali Græcæ simillimam, confe-  
 rendo, cundeni una pro orientalis Græcorum,  
 reductis a Nicolao Patriarcha CPolitano Pho-  
 ciū erroribus (h), denuo Sedi Apostolicæ  
 refractariorum, Imperii, per Hungaros alio-  
 quin jam nimiopere mutilati, Instauratore  
 habuerit, ac proinde tam ipsum, quam suc-  
 ceſſ-

cessuros, ritu præscripto coronandos Principes, in genuinos Orientis Reges, aut Imperatores, plane ita, sicut antea Leo III. Carolum Magnum, velut Principem de Romana Ecclesia bene meritum, in Romanorum Occidentalium Regem, aut Imperatorem proclamavit, vel ideo legitime constituerit, quod, quemadmodum jam antea Ludovicus II, Occidentis Rex, Caroli Magni abnepos, scriptis A. C. 871 ad Basiliū Macedonem literis (i), eusdem A. C. 867 Michaeli Rangabe succedentem, velut sancto oleo, in CPolitana, eorum ab antelato Phocio inquinata, Ecclesia confici nequeunte, hanc perfidum, eisque pro legitimo Orientis Rege agnoscere solebat, donec ab Ignatio, sedis suæ restituto, ungeretur; proflus ita serius aequic Otto III, Occidentis aequus Rex, ipsaque adeo Silvester Pontifex Basiliū Bulgarorum, a Nicolao CPolitano, ex Phocii genere Patriarcha, A. C. 975 undam, pro genuino Orientis Rege habere potuerit.

Micrum proinde non est, Hungaros ab initio ad hæc usque tempora maximum in

Sacra Corona sua decus & gloriam vel ideo reposuisse, quod Silvester Pontifex in auris novem catenulis, ex illa dependentibus, non modo perpetuam totidem Regionum, ab Hungaria, matrice Regno, dependentium, sive novem, ita dictarum, Partium, Hungariæ adnexarum (k), memoriam retineri, verum etiam indicare voluerit, Regionum hæsum sive Partium Duxes, ab exteris plerumque Regum nomine compellatos, a Magno vel Seniore, aut Supremo Hungarorum, Duce, Corona hac legitime incingendo, dependere, hoc est: illos, velut soli Regulos considerari, & Hungarorum, sub quibus etiam illi comprehendebantur, Regi subesse debere. Atque hæc est ratio, cur primi Reges nostri, se Hungarorum aut Pannoniorum Reges compellaverint, donec subinde Colomanus Rex Regionum sive Partium nomina omnium primus titulo suo adjicere cœpisset. Sanctus equidem Ladislaus, Colomanni Pater, Belam I, Genitorem suum, Regem Magnum (l), quod Salomon, Andreæ filius, vix adhuc septennis puer (m), coronatus, Regnum

gu-

---

b) Cf. Petri de Réva Comment. de S. Corona Regni Hung. l) Pray Hierar. P. I. p. 268. m) Aold. ad A. 105's.

gubernare nequiverit, appellat; ita etiam Belæ filius Geyza, qui eidem Salomonis adhuc minorenni A. 1053 in Corregentem datus erat (n), *Magnus Hungarorum Dux*, postea vero, Salomonem Rege A. 1074 victo, se in Mosoniensi & Posoniensi Comitatibus constringente, suscepta Regni, compellentibus Hungaris, Corona (o), *Magnus Hungarorum Rex*, ut a reliquis minoribus, inter quos jam Salomon quoque relatus erat, Regibus distinguatur, appellari consuevit. Aperta hæc Regum totius Hungariæ, a Regularis Partium, eidem obnoxiarum, distinctio ac eminentis prærogativa etiam in literis Gregorii VII. ad Geyzam 14. Apr. 1075 (p) datis, clucet:,, Unde nobis cura est, — qua,, tenuis inter te & Consanguineum tuum,, Salomonem Regem faciamus pacem, sicque,, fiat in pace nobilissimum regnum Hunga-,, riæ; quod hactenus per se principaliter,, viguit, ut Rex ibi, non Regulus fiat., Verum ubi Rex (Salomon) subdidic se,, Teutonico Regi (Henrico Imperatori),  
M 5  
,, Re-

---

n) Turóz. c. 51. Lamb. Schaf. ad A. 1063. Cf. Kat. T. II. p. 282. o) Turóz. C. 53. 55-56. p) Ap. Kat. I. c. pag. 362.

„ Reguli nomen obtinuit. Dominus autem  
 „ injuriam , suo illatam Principi , prævidens,  
 „ potestatem Regni suo ad te iudicio trans-  
 „ tulit.

VI. Ad Capitis VIII. pag. 85.

Desiderium communis struendarum via-  
 rum continuationis moratur exhaustus bello  
 Turcico & Gallico Regni status , peculiaris  
 item ac certi alicujus fundi defectus . Te-  
 stante Livo ( q ) ; „ Ab eodem ( C. Junio  
 , Bubulco ), Collegaque M. Valerio Maximo  
 „ ( quorum consulatus anno ante N. C. 313  
 „ & 312 congruit ), viæ per agros ( Italiæ )  
 „ publica impensa factæ sunt . „ Idem alibi  
 „ ( r ) ait : C. Flaminius Cons. — ne in otio  
 „ militem haberet , viam a Bononia perdu-  
 „ xit Aretium . M. Æmilius , alter Consul  
 „ ( quorum Consulatus anno a N. C. 187 con-  
 „ venit ), pacatis Liguribus , in agrum Gal-  
 „ licum exercitum duxit , viamque a Placen-  
 „ tia , ut Flaminiae committeret , Ariminum  
 „ perduxit . „ Trajanus Imperator , in ope-  
 ris hujus epigraphæ laudatus , vieto Dece-  
     balo ,

balo, stratas in hodierna Transilvania & Vǎlachia vias, quarum rudera hucdum supersunt, opera exercitus; ex Italia secum adducti, construxisse; Probus vero Imp., pacis tempore aureum in superiore Mǎesia, & Almum in agro Sirmiensi montes, allatis ex Gallia vitibus, militari labore confeuisse; militem suum sternendis viis applicuisse; immo ducendis aggeribus fossarumque laboribus ultra æquum fatigasse legitur. Cur hodie quoque moderata, Romanorum exemplo, militarium operarum sternendis in communie bonum viis applicatio, etiam si ordinatio militari stipendio aliquid ex ærario publico adjiciendum esset, locum suis temporibus obtinere nequeret, rationem non videri: exacta ceteroquin earum conservatione Publicum respectura.

VII. Ad ejusdem Capitis VIII. p. 91, ubi Germanicæ Partes fluviis Muræ, Dravo & Savo adjacere dicuntur.

Danubius ad Belgradum, exuto priori nomine, ideo Latinis, & horum imitatione Græcis, plerumque *Ister* vocatur, quod *Is*, seu ille idem, antea Danubius ( Cf. Jorn-de rev Ges. C. 5.), tribus magnis fluminibus augeatur, adeoque *Is* -- *ter* auctus, hoc est, Tibisco, Savo, & Mursa sive Muræ fluvii,

vitis, in alveum suum receptis, ad mare Ponticum defluat. Id ipsum Plinius apud Timonem (*Im. ant. H. L. I. C. 15.*) testatur, qui flumen hoc Istrum cognominari ait, ubi primum Illyricum (*Mysorum*) alluere incipit. Ceterum ingens ille hodiernorum Geographorum error, quo Dravum vel Dravam Danubio misceri putant, hoc loco dissimilari nequit. *Murſa minor*, sive *Murcola*, quam Ptolemæus (*L. II. C. 15.*) Pannoniae superioris urbem esse perhibet, hodierno *Murcau*; *Colonia* Romanorum *ad Pontem*, hodierno *Bruck an der Mur*; *Murſa vero major* hodierno *Eszekino* (*Tin. ibid. C. 4.*) responderet. Ut adeo sicut Murſa minor vel Murcola, ab alluente Murſa vel Mura fluvio dicta fuit, propterea ita Murſam majorem ab eodem flumine dictam fuisse, ac eo ipso non Dravum, sed Muram Danubio misceri patet. Hungari illum terræ tractum, qui Mura Dravoque intercipitur, *Mura-köz*, Germani *Mur-aue* (non *Dráva-köz* vel *Drau-aue*) hodie dum vocant, hujusque alia ratio assignari nequit, quam quod Mura non Dravus pro potiore fluvio habitus fuerit, hodieque, spectata cursu amplitudine, sic, ac proinde Dravus cum suo

suō in Muram ostio nomen amittere debeat. Erroris hujus origo non est alia , quam quod illum terrae tractum , quem Latini a Savi Dravique fontibus , vix viii milliare intra se distantibus , ad ejusdem Savi Muræ que amnium , Danubio exceptorum ostia , Interamnensem , Græci vero *Insulam* dixerunt , Germani in der Rue appellaverint , unde scilicet ipsum insulæ , vel potius peninsulæ , corruptum nomen Germanicum Drau Muræ amni , a Leogradino usque ad Ostia perperam adhæsit . Facilis proinde jani nunc intellectu erit primus S. Ladislai per flumen Drava in limitancam occiduo australi Slavoniam transitus , quin Sirinium Pannonicum , imo etiam aliud Dalmaticum ( unde nimur suam posterior Sirmiensis , ab A. 1247 Episcopatus , originem trahit ) per Hungaros recipia possessum , involvi debat .

VIII. Ad Capitis IX. pag. 94. ibi duo fluvii Poprad & Dunajetz c fauibus Carpathicis præsumptis dicuntur.

Quos Latini *Carpathicos* montes vocant , eos Poloni & Galiciani *Beskid* ; Slavi *Karpak* & *Krapak* , veteres Hungari *Hopos* , hodie *Havan* subaudito epitheti hu-

hujus nomine substantivo *Erdő* vel *Tatur* (s), quorum scilicet priore havas erdő, *nivosa* *silvam*, montibus quippe Carpaticis asperam; posteriore autem Howos Tatur, *nivosos* Regni limitum *satellites* vel *satrapas* intelligimus (t) appellantur. Circulus iste satellitum aut satraparum carpaticorum, sive, prout Hungari actu vocamus, *Havasok* vel *Tatrák*, inde a fluviorum Temes & Cserna fontibus, hodi-

s ) Anonymus Belz I. Notarius Cap. 9 & 12 Carpaticos montes, silvam Howos vocat, alibi vero (C. 19.) ulteriorem hanc nivosarum silvarum vel montium in Occidente protensam seriem, pro montibus Tatur habet, ut adeo eidem vocabula hęc synonyma sint. Nobis quoque nivosi montes hi nondiedum partim Havasok, partim Tatrák appellantur.

t ) Vox Tatur est vetus Hunnica radix alterius vocis Tatar-orum, quod Gingis (nobis Gyöngyös) Khánum, anno Hegiræ 616 (Christi 1210) ex vicina, Siois contermina planicie Magia (Chron. Orient. p. 83) dicta (nobis primæva Magyaria), prorumpente, velut Satrapæ, id quod ipsa vox nondiedum perdurans, indoles ostendit, stipaverint, ipsique Duces ejusdem, ad subigendas Regiones exmisi, hoc nomine per excellentiam compellati fuerint, ita dictorum. Primitivæ vocis Tatur derivativo nondiedum utimur, dum vasa circulis stipare vel obducere, az hoadókac meg catorzbi, dicitur.

hodiernam Transilvaniam ( u ) a Valachia ,  
Ruvio Aluta percepens , dividit ; porro Cu-  
miani a Transilvania per meaitem Oyro-  
sen-

---

u ) *Anonymous Notarius* ( C. 11 ), testatur : Ter-  
ram illam , quæ est iater Tibiscum & silvam Igfon ,  
ab *Anonymous Turziano* ( C. 52 ), quod tere con-  
tinuis per Sabotiensem , Bihariensem , Békésiensem ,  
Csanadiensem , Aradiensem ac Temesiensem Comi-  
tatus diffusis paludibus , uligiosa sit , rectius Ingwa-  
ni ( *Ingvány erdő* ) dictam , ad Erdcuelu , hoc est  
ante Silvaniam jacere , atque a Samusio ad Marusiu-  
ma per Morocum , a Marusio autem usque ad Ca-  
strum Orsova per Gaadum Duces possessam fuisse .  
Ut adeo satis jam pateat , omnem illam Regionem  
silvosam , quæ a Castro Orsova Cserna fluvio , de-  
in Temesi , Begz , albi , nigri ac velocis Crisi fontibus ,  
ipsique amni Almás , per Samusium recepto , ex par-  
te occidentali adjacet , olim pro Silva Igvány , sive  
*Cis - vel Antesilvania* , ex parte autem orientali pro  
*Trans - vel Ultrasilvania* habitam fuisse ; hodiernam  
proinde Valachiam , veteris Ultrasilvanie partem esse  
australem , prout nemppe hodiecum quoque moder-  
na Transilvania Havas fel - föld , sive superior ; Va-  
lachia vero Havas ai - föld , sive inferior Transilva-  
nia dicoretur . Huc accedit *Andreas II. Regis Di-  
ploma* , Teutonicis a Geysa II , Avo suo , ad inco-  
lenda montana Hungariz confinia evocatis , A. 1224  
( Ap. Kat. T. V. p. 455.) elargitum , tenore cuius  
eisdem ultra hodiernos Botzensem , Oytoensem , Ghie-  
mesensem & Beritzensem passas in Moldaviam , ve-  
ceris

rensem & Ghimesensem Alutæ; Bericensem  
Marusii; denique Mezesinam (v) portas,  
Borgensem quippe ac Rodnensem passus, Sa-  
muisi fontibus aditum, dirimit, dein Galici-  
ani

---

teris Cumaniæ occiduam partem, effusis, non mo-  
do Ultra-Transsilvanaorum nomen, verum etiam sil-  
vas & aquas cum Blacis aut Vlachis, nebona col-  
limitaneis eorum Büleus, Anonymi Notarii (C.  
25.) Picensis, Græcorum Patzinacis, communes  
attribuit.

v) Idem Notarius (C. 21. & 22.) perhibet, Zobolsum, Thosum & Tuhutum, magis copiis e-  
gressos, trajecto Tibisco Castrum Zobolsu extru-  
xit, ac Zobolsu quidem diviso exercitu, cum  
Thosu versus Samusium, castroque Zormar expu-  
gnato, ad portas Mezesinas ire cepisse, Tuhutu-  
mum vero cum Horka filio, populis ad Nyir sub-  
jungatis, ad Zilok (Zilaj), hiac autem in partes  
Mezesinas profectum, cum Zobolsu & Thosu con-  
venisse, ac metam Regni Ducis Arpad, interveni-  
ente Tuhutumi, Ultra-silvaniam (C. 23. 24) pro se  
occupare anhelantis, astutia, ibidem, sive in por-  
ta inferiore Mezesina, constituisse. Portam hanc  
idem Notarius (C. 26.) in montibus, ad dextræ  
Buvii Almas, Samusio, ubi ad Septentriones decli-  
nat, illabentis, oram decurrentibus, desigit: Turó-  
tzianus vero Anonymus (C. 49) superioreu quo-  
que in Carpatorum serie Mezesinam portam, Samu-  
si fontibus adjacentem, designat, ut adeo per par-

am ab ultero Silvania Hungariae per magnam Galiciæ (x), fontibus Nadjag in Marosieni; & antiquam Galiciæ seu Fritskensem, fontibus Topla fluviorum, in Sárosensi Comitatu existentium, adjacentes portas; ac Poloniæ, Silesiæ junctam, continuata serie, altero tanien amne Popradq (y), infra novam Sandeciam perruptus, divellit; hinc Nitriensem Ducatum, hodiernam quoque Moraviaem olim complexum, ad Moravæ fontes, ubi metalia duo castra Borora (*Bruna*) &

N

Sár-

ges Mezesias ille terrarum tractus, qui Samusio ab ostiis fluvii Alnas & Carpaticis Marmatice montibus intercipitur, intelligi debeat, nec vasa eorum videatur esse traditio, qui Marosienis Provinciae nomea Tubercumo, eam velut sterilem despiciens, ac populariter Mar amar' rosz designanti, attribuunt.

x) Magnam Galiciæ portam, hodie Ókörmező dictam, designat Bela Rex in Diplomate, quod A. 1243 (ap. Kat. T. VI. p. 82.) Comiti Herverdo concessit, in hæc verba: „Vice quadam in Russia (sub „Magna pore Galicie) qua vocatur Hungarica, „Nobis nostrisque Baronibus in expeditione præ, „fencibus, landabiliiter dimicavit; dehinc & super „flavum Donecz (minorem Tanaim) viriliter co- „ram nobis perstitit in confitu &c., Antiquus autem portæ, in Tarczedis Vice-Archidiaconatus Difyi.

Sárvár (*Olomucium*) prostant (z), a Bohemia separat; denique tertio flumine Danubio intra Lincium & Anisiam iterum pertupus, & ad Julias vel Carnicas alpes procurrens, australem superioris Pannoniæ Slavoniam ab Ostrichia & Italia sejungit. Fauces igitur Carpatorum relate ad Scepusium, a Scyris, ejusdem incolis (a), olim ita dictum, ibi sunt,  
ubi

Districtu habitæ. quam hodie passum-Fritschensem vocamus, mentionem facit Thomas Archiepiscopus Strigon. in Diplomate suo (ap. Kat. ad A. 1312) Parochis ejusdem Districtus dato.

y) Ex limitanea inter Hungariam & Galiciam mappa, quam Josephus II. Imp. accuratissimo militarium Geometraturum labore coafci curavit, evidenter patet, Popradum ex australi ad limites Lipovienses Carpato effusum, extensionem quinta parte majorem habere, quam Dunajecum, in boreali ad limites Arvenses Carpato exortum: Ut adeo Popradus Dunajecum, non Dunajecus Popradum alveo suo recipere, ac proinde Popradus in Poloniam & Vistulam defluere dici debeat. Error iste Geographicus in Mappis (prout de Dravo) prostant, quo Dunajecz Vistulæ illabí censetur, precario Polonorum ultra limitaneos Carpatos possessorio attribuendus est. (z) Sárvár, sive lutosi Castri Olomutzensis, per Hungaros ita compellati, adjuncta Hübner. Geogr. T. III. p. 80. describuntur.

a) Scepusii nomen derivatur a Scyris, Atiles in famo-

ubi Popradus, recepto in se Dunajecem, prae-  
missam Carpaticorum Satellitum seriem infra  
novam Sandeciam perrumpit; non vero ubi  
ambo hi fluvii ex Carpatho seu monte Tatuc  
( octo circiter millarium peripheria Scepusi-  
ensi, Liptoviensi, Arvensi ac Neoforensi Pro-  
vinciis inclusi, nullam plane cum præhoratatis  
metalibus Carpatis immediatam connexionem

N 2

( b )

famosa A. 451. expeditione Gallica ( Sidon. Apollin. in Paneg. Carm. VIII ) sociis, quos Procopius Cæ-  
satia. Nationem Gothicam fuisse, ac in Septemtriona-  
tribus Istri Regionibus habitasse, Plinius autem  
usque ad Vistulam diffusos fuisse ( ap. Stritt. T. IV.  
lud. Geogr. p. 296. ) testatur. Se ipsos Scyrsper &  
Regionem suam Scyrsper - aut Zyrpser Land; & mox,  
canina lirafa exissa, Seypser vel Zypser Land, ita  
etiam Castrum Scepnsiense Scyrsper hūs vel Zypser  
hūs, unde ipsum quoque Castri territorium in an-  
tiquis Diplomatibus per contractionem Scapus dis-  
cutit, postea in Scepus transformatum, derivatur.  
Oppidum denique Scirzyc, in hodierno Ducatu Zga-  
tiorensi existens, & Cisterciensium Monasterio, quod  
A. 1204, testante Boleslai, Cracoviæ & Sandomi-  
rix Ducis, Reg. IV. Generi, Privilgio, Theodo-  
rus Cracovien. Palatinus, amplissimis in Hungarica  
Neoforensi Districtu possessionibus attributis, funda-  
verat, ac propterea inter Hungariæ Cœnobia, quin  
locus & origo ejusdem ( Kat. T. V. p. 541 ) amplius  
consticerit, referebatur, olim nobile, Scyrotum me-  
moriam hodiendum retinet.

(b) habente ), ob petrosa culmina , stupendo naturæ opificio supra nubes elevata , nivibus que perpetuis rigida , per excellentiam , velut omnium reliquorum principi , ita vocato , & quidem Dunajecus in boreali . Popradus autem in australi ejusdem parte oriuntur . Atque illum majorum minorum Carpatorum sive Tatarum , non vero minorum hunc majorum , a reliquis divulsorum . Carpatorum vel Tatarum circulum , ab Arpadc pro metali constitutum fuisse Anonymus Belæ I. Notarius ( C. 17 & 18 ) perhibet . Postquam enim Arpad Ungváriño Szerentzini descendens , vicina loca usque ad Castrum Salis ( Szovár , Salzburg Eperjesino adjacens ) usque ad fluvium Sajó ubi subiecisset , communī consilio , missus est Borsu , filius Bunger , cum valida manu versus terram Polonorum , qui confinia Regni obstaculo confirmaret , usque ad montem Tatur , & in loco

---

b) Coram limitibus Regnicolari Hungarico - Galiciano Commissione , ad quam ex parte I. Comitatus Scepusiensis A. 1794 emissus eram , inter alias causales literas productas est mappa , per Jaratos Geometras confecta , tenore cuius evincebatur , monum Taurus seu Carpatum nostrum ( gentiliciis Hungarie insignibus illatum ) a limitibus Carpatis usque ad quaque davallum esse .

loco convenienti castrum construeret causa  
custodiæ Regni.

Sola terrei Castri *Borsod*, ob exiguitatem suam ex Hungarica voce *Borsd*, pismum significantem, ita compellati, cum valida suorum manu & rusticorum multitudine, intra paucos dies perficienda cœctio, tantum in Arpadis Curia gaudium, quantum *Anonymus* cum reversione Borsui factum fuisse restatur, excitare non potuit; sed neque Castrum hoc, ad fluvium Boldva cœctum, alio Polonis, montique Tatur longe vicinore Castro Salis jam occupato, exmissionis Borsuanæ fini respondisset, nisi subjugata Scopulensi Scyrorum arce id effecisset, ne quid a tergo mezuendum relinquatur. Ut adeo terrei Castri Borsod contra Gömörienses & Neogradientes, nequum subjugatos (C. 33), constructio, accessorium duntaxat fuerit sui principalis, hoc est, metarum ex parte Poloniæ constructio, & obstatuorum, castrique alterius in convenienti laco cœctionis. Borsu itaque, Castro Borsod constructo, ultra Castrum Sóvár progressus, occupata primum Scopulensi arce, per indagini Popradi ad aliani Scyrorum munitionem contra Polonos intra Popradi & Dunajeci confluentes erctam, duo-

rum adhuc milliarium spatio a Carpatorum,  
Poprado perruptorum, serie distante, po-  
pulariter Schanz dictam, perveniendo, eam  
perinde occupavit, hinc porro „ Borsu (C.  
„ 18) accepis filiis incolarum in absides,  
„ & factis (versus Occidentem quoque ad  
„ Constantini Porphyrogeniti (c) Babagoram)  
„ metis, per montes Tatrus (in faucibus Po-  
„ pradi

c) De adm. Imp. C. 50, „ Chrovati ( Croati  
„ seu Horvati ) tunc temporis ( imperante ab A.  
„ C. 610 usque 641 Heraclio ) habitabant ultra  
„ Bagibarium , ubi nunc sunt Belochrovae , -- sive  
„ Chrovati alibi . „ Bandurius , ad h. l. ( p. 28. ) ita  
commentatur . „ Bagibaria est Slavicum vocabulum ,  
„ Graece detoratum , id est , Babia horia , seu Babii  
„ montes , Slavice Babie gore , videlicet Vetulæ vel  
„ Vetulatum montes , quo nomine Carpatici mon-  
„ tes Poloniæ ( veterem , Silesiam ac Bohemiam jun-  
„ tam ) ab Hungariis determinantes , nuncupantur . „  
Slavi nempe , in Croatia transentes , quod se di-  
cerent e partibus , ultra Carpaticos montes sitis  
( od Babie gorâ , gde velo hřbeti gsu ) advenisse ,  
Graecis , ipsiq; Constantino Porphyrogenito , asperitatem  
onuinciationis vitare volentibus , Hrovatorum ; alii  
autem , prioribus ad Albinum fluvium , populariter  
Biala vocatum , sedibus immannentes , Alborum ;  
reliqui denique multam dorsorum Carpaticorum ter-  
ram possidentes ( C. 31. ) Velo Hrovatorum nomi-  
ne compellati suat .

„ prædi consensos, construendoque ad antiquam  
 „ portam, ad fontes uspore fluvii Topla Ca-  
 „ stro, quod relate ad Sandeciam, Scyris  
 „ Uist Schans, Slavis & Polonis Stary  
 „ Schonitz vocitari cœptam, Hungaris Uj-  
 „ var ( (d) dicebatur ) gloriose reversus est  
 „ ad Duccem Arpad, & de reversione Borsu  
 „ fa-

d) Correlativa ejusmodi locorum, in hac subcar-  
 patica Scepusiensis & Sárosiensis Comitatuum, nec-  
 non Sandecensis & Neoforenensis Districtuum Regio-  
 ne reperibiliuni, nomina inter alia notari merentur  
 sequentia: Késmarkiensis Civitatis, ad Popradum  
 sitæ, medietas Ulte March, Neoforum autem, Dis-  
 trajeca adjacens, ab A. 1252 Neue March; Idem  
 Neoforum, ac diserte pars telonialis adjecta, testi-  
 monio Privilegiorum, a Rócalao, Cracoviæ ac San-  
 domiria Duce, Belæ IV Genero, A. 1252, necnon  
 Casimiro, Poloniæ Rege, A. 1346. Scirzycensi Ci-  
 sterciensium Cœnobio ac Neoforenibus clargitorum,  
 coram limitanea Hungarico - Galiciana Commissione  
 productorum, prius Antiqua villa ( Ö-salm, Miltdorf )  
 dicebatur, Iglovia vero, sub Bela IV. ad Her-  
 nadum erecta, Nova villa ( Ujsalm, Mendorf ); Ö-  
 Be a Poprado, & Uj-Bela Dunajeca vicina, Uist-  
 & Nei - Bel hodieum appellantur. Prænotati Ca-  
 siri Ujvár, unde Sárosiensis quoque Comitus olim  
 Ujvárensis, testante Belæ IV. Diplomato A. 1262  
 ( in Wagn. Diplomatar. p. 286 ) vocabatur, men-  
 tionem facit Andreas II. in Diplomate suo, quod

„ factum est gaudium magnum in Curia Du-  
 „ cis. Dux vero pro hocce fatigio Borsum  
 „ in Castro ( Borsod ) Comitem constituit ,  
 „ & totam curam illius partis ( limitaneae  
 „ Scopusensis , O- & Uj-variensis ) eidem  
 „ condonavit . „

IX.

---

A. 1209 Demetrio de Raska ( ibid pag. 47. ) elat-  
 gitus est , tenore cuius illud in Comitatu  
 de Sáros & huius Polonorum situari , ex telonio  
 Ujkochma , quod Újfalu vocari coepit , per Præde-  
 cellores suos attributo , conservari , atque de novo in  
 montibus desertis , ut ea commodius & securius ho-  
 mines ambulare ac ibidem villas plantare possint , ere-  
 ctum haberi testatur . Castrum hoc Újvár in vici-  
 nia Bartphensi existisse , & a Castro Abaújvár ( cui  
 Cattovia successit ) diversum fuisse , perhibent litteræ  
 Joannis de Peren A. 1448 , uen nou Emerici de Pe-  
 ren , perpetuorum Comitum de Abaújvár , quorum  
 ille , vicinorum srorum Bartphensem ( ibid. p. 64  
 & 78 ) ad recuperationem Castri sui Újvár , in Co-  
 mitatu de Sáros existens , & a latronibus occupati ,  
 auxilia exposcit , iste vero Castrum hoc sumpu Uj-  
 vár , in Comitatu de Sáros habitum , A. 1512 Nico-  
 lao de Thárcza per cambium , cedit . Ut adeo ,  
 siquidem Philippus & Willermus Drugeth in Diplo-  
 matibus Catollicis Comites de Scopus & Újvár ap-  
 pellentur , per innovatum de Újvár titulum , juris an-  
 tiqui sustentatio suaptè intelligatur , ex præmissa vero  
 Castrorum & locorum correlatione id quoqne pateat ,  
 Óvarensem vel Sandecensem Districtum ad Újvari-  
 eusem

IX. Ne Anonymum nostrum temere pro Belæ I. Notario habuisse videar, hujus quoque affecti brevem probam eo libentius adiicio, quod Partium Regni Hungariæ seriem, a secunda Regnorum classe abhorrentem ( §. V ), involvat.

Argumentis, quæ RR. Katōna ( e ) pro vincenda Notarii ad Belam I. ætate *in dubio relinquit*, firmissima tamen sunt, accedit etiam illud, quod idem Notarius, qualcm ho-  
die Cancellarium Regium dicimus ( f ), Episcopum Turda, sibi coævum, velut nobilissimo Velcqui, e Scythia Ducem Almum secuti, ob fideliſſimia servitia Zarandensi Comitatu donati, genere ortum, ac viventem, honoris causa commenoret; Turóczianus vero Anonymus ( C. 64 ) Samsonem Turda, præcipuum Borichii affæclatum & Belæ II. proditorum, quem, Joanne ( Tybus ), Regis Notario, Synigieni Præposito urgente, conprehendi jussum, serviens Comitis Bud lan-

N S

cea

ensem sive Sárosiensem; Neoforessem vero Distri-  
ctum ad Scepusiensem Provincias referri debere.

e) In Prolegom. ad Hist. D. p. 8. -- [f] C. 19.  
51, 52.

ea confederat, infami memoriæ consignaverit. Seu itaque Turda Episcopus ex eadem cum Samsone Turda notorio propagine fuerit, seu minus, Notarius noster vel honorificam Episcopi Turda, secum viventis, mentionem facere nequivisset, vel certe ulteriores aliquas proditionis hujus æque ita, sicut (C.27) Gyulæ, Tuhutumi abnepotis, per S. Stephanum Ultrasilvania multati, circumstantias, Episcopum salvantes, attigisset, si Belæ II, proditorem hunc interfici jubetis Notarius, post prænatum Joannem Tybus aliquando fuisse. Ut adeo idem Anonymus Notarius, Joanne hac Notario in Diplomate anni 1135 (g) Regem suum Belam II perinde, ac Stephanum II; ita etiam alter Barnaba Notario in Diplomate A. 1148 (h) Regem suum Geysam II, Belæ II filium, quam accuratissime distinguenteribus, ipsoque Samsone Turda, perduellionis reo, manifeste anterior, eo ipso autem Belæ I. Notarius fuerit.

Idem potio Belæ I. Notarius perhibet (i): omnia ea loca, quæ Alianus Dux & fi-

li-

---

[g] Ap. Schmitz. in Eppis Agr. p. 52.

[h] Ibid. p. 60. [i] Cap. 20. & 50.

Ius ejusdem Arpad cum suis militibus e Scythia egredi, Atilano jure postliminii subjugassent, per posteritatem eorum ad sua usque tempora possideri. Hunc igitur, velut *cetera scripturarum*, ut ipse nos in Prologa secu-  
ros reddit, *Explorazione & aperte Historiarum interpretatione suffulcum*, veritatis du-  
cem secuti, quosnam sibi Majores nostri cer-  
raru*m tractus subjecerint*, succincte refere-  
mus. Postquam igitur Almus (C. 7.) in Rus-  
iam (k), Ulegi sive Huleki, Avunculi sui,  
Re-

k) Brevitas, quam mihi praestituere debeo, verat, Russorum & Ruthenorum Ethnologiam ab origine isthie pertenerem; satis est indicasse: Nationes has (restantibus Constantino Porph. [C. 9. 37.], qui Slavos suos, hoc est, Ruthenos & Russos, necongambolus quoque nostris Turcziano & Notaribz Anonymis, qui Rusiam & Ruthenia. solite distinguunt, nec populariter, tam Russos quam Ruthenos, Orosz vocitare soleamus) inter se longe diversas esse, ac priores quidem ad Onoguros Hungos, Maro Album & Balticum accolentes ab Oneguro, Prisci Rhetoris Onegesio, Atilani Palatii Comite, ita dictos, qui us nempe veteres Roxalani; sive Rusci aut Russi, Venedo -- Germanicorum originis populi, suberant; posteiiores autem inter Sarmatas vel Slavos Asiaticos, Sinensem Geougenos [ap. Pray. in Annal. vet. Hun.], qui Turcorum orientalium tyrannidem fugientes, ad Aske-

Regionem, cuius australiem extimam partem, utpote Suidaliani (1), aliosque ad Borysthenem & Danastrum Districtus Geougeni Asiatici, scimus ita dicti Rutheni, jam insederant, penetrasset, assumptis Zuardo & Cadusa Confobrinis (C. 9. & 10) certas Ruthenorum Suidal & Kieu ubi subjugaverunt, & pace inita, eos pendendo annuo decem millium marcarum tributo subjecerunt; dein septem

Du.

Askelon sive Csábat III, Erdachi seu Csábat I. ne-  
potem, Attila igitur prodepotem, Hunorum occi-  
duo — Asiarorum & Europae — orientalium Imper-  
torem, circa A. 556. se contulerunt, & partim  
ad Istram delati, Theophylacto Pseudo — Avarorum,  
partim ad Volgam remanentes Gracis Vulgarorum  
nomine venerunt, donec tandem ad Tanaim Bory-  
stenem & Danastrum diffusi, per S. Cyrillum, &  
Theodora Imperatrice A. 847 exmissum, Christia-  
nae fidei cognitione imbuti SACRISQUE UNDIS &  
CHRYSMATE ab ethnica superstitione LIBERA-  
TI, ex vocabulo ΡΟΩΣ, contracte ΡΩΣ, quod  
undam vel flumentum, & ΡΥΘΝΟΣ, quod a ver-  
bo ΡΥΩΜΑΙ liberatum significat, RUTHENO-  
RUM nomen affunssilent, referri oportere.

1] Suidalia est Constantini Porphyrogeniti ATEL-  
KUSU, nomen scilicet Regionis, ex Hunico ETEL-  
KÜZE, quod aubis peninsulam, inter Etel seu Vol-  
gam & Okam fluvios existentem [Cf. §. VII. p. 185]  
significat, Graece detortum.

*Duces Cumanorum*, ad Pontum Euxinum diffusi, Almum sibi Dominum ac Præceptorem ad ultimam generationem elegerunt, atque una cum suis in fidem & societatem recepti sunt; Capite 11. Ducatus *Lodomericæ* & *Galiciæ* sibi subjecerunt; Capite 12 aliisque (m) occiduam veterem *Daciam* & *Utrafilvaniam*: omnem porro *Bulgariam* (n) Hæmi montibus (ubi nempe metalis porta *Vazil* sive *Trajana* existit) & Istro intiacentem, una cum *Belgrado* sive *Alba Graecorum* usque ab *Dyrrachium*, neenon totam *Dalmatiam* & *Croatiam* sibi subjugarunt; denique (nn) universam veterem *Pannoniam*, *Slavorum* item (tam borealium quam australium) *Regiones*, & *Carinthiorum* fines, *Muræ*, *Dravi* *Savique* fontibus affusos, occuparunt, atque ita, *Kiovicibus* *Ruthenis*, jam per Alnum tributo subjectis, *Cumanis* vero & *Patzinacis*, in unam genem coalescentibus, homologæ *Civitati Hungaricæ* adscriptis, per orientalem Europam diffusis, certaque limitum serie defini i nequeuncibus occi-

m) 14, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 24, 30, 32, 33.  
34, 37, 38, 40; n) C. 41, 42, 43, & 45. nn) C.  
48, 49 & 50.

tona (q) relati, extractum subjicere non dubitavi. „

„ -- Andreas Dei annuente clemencia Pannonicum invictus Rex : Quoniam nonnulli mortalium -- Unde itaque Christianissimus Sceptifer Andreas -- sub chartali testimonio hujus privilegii exarari edixit , -- quidquid ad Ecclesiam Sancte Marie , sanctique Anniani Episcopi & Conf. in loco , qui vulgo dicitur Tychon super Balatin , pro sua & conjugis -- salute , tradidit in terris cultis -- -- Hec omnia libera donacione ad prefatum Cenobium contrulimus . -- Et ut hec descripcio rata , atque inconvulsa permanear , sigilli nostri impressione signavimus , fidelibusque nostris corroborandum tradidimus .

### ANDREAS REX

(L.S.)

† Sig. Benedicti Archiep.	† Sig. Mauri Epif.
† Sig. Lazari Abbatis.	† Sig. Clementis Epif.
† Sig. Gilconi Comitis.	† Sig. Nicolai Epif.
† Sig. Zache Com. Palacii.	† Sig. Woiteh Comitis.
† Sig. Ludovici Comitis.	† Sig. Irenei Comitis.
† Sig. Viti Comitis.	† Sig. Martini Comitis.
† Sig. Helie Comitis.	† Sig. Andree Comitis.
† Sig. Fancel Comitis.	† Sig. Nane Comitis.
† Sig. Cüpan Judicis.	† Sig. Precu inferioris.
† Sig. Celu Ministri.	

Anno salutifere Incarnationis -- Millesimo quinquagesimo quinto. Feliciter regnante prefato glorioissimo Principe anno Regni sui nono, & cum eo, nobilissimo Duce B. (Bela) conscriptum est hoc Privilegium a beatissimo Presule Nicolao, qui tunc temporis vicem procurabat Notarii, in Curia regali consignatumque manu Regis, jam scpc prescripti, presentibus testibus.,,

*Fidelium* horum, quibus Andreas Privilegium istud corroborandum tradiderat, post Praelatos omnium primus est Gilko sive Gyula. (Turcz. C. 49.) Cumaniae, Russiæque Hungaricæ Dux (r), cuius nempe nomen, O Privi-

---

r) **Anonymous Annalium Bertinian.** **Auctor** (ap. Assem. T. I. p. 259. testatur, gentem Sveonum (Sverorum sive Svecorum, Baltici maris, quod Plinio sius Codanus, Tacito autem mare Svecicum dicitur, accolatum) RHOS dici, Regem vero eorum Chacanum (CSÀ KANUM, Cf. Dugon. Etelk. p. 250. not. 49. Posch. in Glossar. Pachimer. p. 485) vocari, cuius Legati A. 839, itinere per barbaras & nimis feritatis Gentes immanissimas (paulopost nomine Ruthenorum (not. k) venturas) CPolim confecto, alia securiore per Germaniam via rediverint. Rerum adjuncta probant Csá káni hujus filium fuisse Ruricum, Ducalemque Sedem suam in Carelia Svecica,

Privilegio subscriptum, diminutive occurrit.  
Secundus *Zacbe*, hoc est *Zascbe* vel *Kasche*,  
quod

---

etica, diserte autem in Katedgorod (etiam Keksholm dicto, nobis KAREL - Ö - VÄR, hoc est, in veteri Careliae castro) habuisse. Ö - Värius huic correlativum est Wi - burg sive WJ - VÄR, aut Novum castrum. Culcinius (ap. Assm. T. IV. p. 5) ex Annalib. Russicæ, qui Stepennia Knighi, seu Libri graduales nuncupantur, docet: "Ruricum, Vatæorum (vel Rustorum Castreum, ab Ö - & ÜJ - VÄR Castris, ita dictorum) Ducem, NOVOGRODI (quod in hac RUSSORUM, Germanicæ; GEOUGENORUM, ad plura centena millia evanientium, A. 449 ab Onoguro ex Asia (Cf. Pray. Annal. Vet. p. 188) traditorum, Slavicæ; ac ipsorum quoque ONOCURORUM, Hunnicæ originis populorum, mixtura, Constantius Porph. (de Admin. Imp. C. 9.) NEM - O - GARD - am, hoc est: NON VETUS CASTRUM, per ONOGURO - Russos, ut a duobus Castris prioribus distingvatur, ita dictum, recte vocat). Sedem Imperii fixisse, ac Ducatum annis 17 (ab A. scil. 861 ad 878) exercuisse. "Ex Anonymo Notar. (C. 3. 7.) discimus, Emesam, Almi matrem, Eunedi, vel (Tutötz. P. II. C. 1. (Eunodi, Belia (id est; Csá - Zárisz, seu Gentis Albæ, inde ab Etel - Köze (p. 201 ad not.).) ad mare Álbum diffusæ) Ducis [Constantino Porph. Chagani [Csá - kán - i] Chazaris Principis] filiam, hujus proinde fratrem Hulekum (Nestoris Olegum) subinde pariter Csárisz seu Be-

quod nomen Polonis diminutive *Casimirum*  
significat , est Casimirus , Bclæ anno eodem

O 2

1055

Naz Csákánus fuisse. Nestor [ inquit Thunmann,  
Edit. Berol. 1772 p. 157. Cf. Kat. Hist D. p. 72- ]  
lebte unter einem Wolf , welches - noch sehr tief in  
der Barbarei steckte , und erst vor kurzer Zeit Gese-  
hе und einige Einrichtung von dem rohen Warägerit  
erhalten hatte: Er selbst war ein Mönch , so unviso-  
send und leichtglaublich wie andere seine Mitbrüder ,  
die mit ihm zu gleicher Zeit lebten , und Chroniken  
schrieben ; der von dem , was in seinen Tagen vor-  
ging , keine andere als eine seichte und unvollkommene  
Kenntniß haben konnte , und eine noch unvollkomme-  
nere von den Zeiten , die er selbst nicht erlebt hatte :  
der schon in den nächsten Zeiträumen voll von Anas-  
hronissen , Ungereimtheiten , erheblichen Erdichtun-  
gen , und anderen groben Irrthümern ist. Man kann  
also nicht fordern , daß seine Berichte von einig κε Dina-  
gen - so glaubwürdig sehn sollen , daß die Zeugnisse gleich-  
zeitiger Geschichtschreiber ihnen weichen müßten , und  
daß , ohne eine völlige Beistützung von diesen , gan-  
ze historische Systemen daraus gebauet werden können.

Nestor , inquam , ut Kiöviañ ab Olego , cuius  
tutelæ Ruricus Igorem , filium impuberem , A. 878  
reliquerat , cæsis Oscoldo ac diro Ducibus , subju-  
gatisque Caazarorum ( rectius Pseudo - Ceá - zár -  
orum , Ruthenorum uspote ] popu. is , occupatam ,  
imperiique Sedem isthuc , stante tutela , translatam  
fuisse , persuadeat , rem , sexennio serius gestam ,  
anno 884 affigit. Verum potius est Anonymi-

Notar.

**1055 ex Polonia , quam Bracislauus , Bohemias  
Dux ,**

---

Notar. fides , qui Hungaros A. 864. ex Asia egres-  
tos , trienio in Etelkōze cum Csá - zár - is , testau-  
ee Porphyrogenito , commorantes , atque ita , terris  
Ruthenorum sibi subjugatis , Kioviam A. 888 ( quo  
Igor , pubertatem attineus , in paterno Principato  
Novogrodi resederat , ac fr̄s jam uxorem Olgam ,  
Olegi filiam , habebat ) obsidione cinxisse . Ducibus  
que ad deditioem compulsis , obfides ac tribuenda  
imperasse perhibet . Constantinus certe Porph. ( I. c.  
& L. II. C. 15 de Cerim. ) adhuc A. 956 Svat-  
oslauum , Igoris filium , non Kiovit , sed Nemogardz ,  
seu Novogrodi [ quod Laonicus Calcocond. UN-  
GRADUM vocat ] Russis imperasse docet , donec  
subinde Vlodimirus , Svatoslai filius , Ducalem suam  
Sedem , Zuardo & Cadusa , Olegi filii , Almum se-  
cutis , nusquam redeuntibus , jure Avia fuit Olgæ ,  
in Oiegi Csá - zár - iam , ac diserte ad Civitatem  
Bundam ( Cf. MS. Bibl. Vatic. Codicem de facto Un-  
gariæ Magnæ ap. Prav. I. c. p. 317. ) , ex qua nimbū  
Theophanes , A. 817 adhuc vivens , unius e  
tribus Uno - Bundo - Bulgarorum gentibus denomi-  
nationem conflaverat , cuive serius A. 1015 ( Cf.  
Bayer. Petr. Coll. T. VIII. p. 400 ) Vlodimirus  
nomen a suo indiderat , transtulisset . Reliquam por-  
to austrialem , Borvistheni ac Tanai assusam , ita di-  
ci cœptam , RUSSIAM Rex Bela IV. in memo-  
rato anni 1248 Diplomate ( pag. 190. not. x. ) non  
modo HUNGARICAM vocat , sed a Galicia eti-  
am aperiſſime diſtingvit . Enarratus igitur Stephanus  
filius ,

Dux, ambiebat (s), reduci, suffectus Poloniæ, Galiciæ ac Lodomeriæ Dux. Tertius  
Waiteb sive Adalbertus, est Ostrichiaæ ultra

O 3

Ana-

filius, horum australium ( Annal. Hildesh. ad A. 1031 ), qui Kioviam pro Metropoli habuerant, Russorum, licet eundem Croati quoque pro suo Dux ( p. 157 ) fors ideo vendicent, quod Cresimiri gener fuerit, Dux erat. Ita etiam Andreas ex hac Russia, Leventa vero e contigua Cumania in Hungariam evocati sunt. Eransfi porro Jaroslavum, Vladimiri filium, Andreæ fecerunt, SVECICÆ RUSSIÆ [ ita enim borealem ab australi Hungariana distinguimus ] Csá Karum, hujusque filium Iseaslauram una Kiovensis vel Hungarice Russie prefectos fuisse concedamus, id ex arbitrio summorum Hungaricæ Principum quibus cognatione jungebantur; JURE igitur HUNGARICO ita evenisse dubitari nequit, ut obreavers a Ruthenis tributam tam Emerico, Stephani Ego, quam Andreæ, ac profinde Gilcodi quoque Palatino, potioribus videlicet Arpadianæ propaginis Russie Hungarice Ducibus, administrari debuerit. Usus adeo, siquidem ex comparatione narrationis Fustianæ ( C. 49 ) cum Historia Cedreni ( ap. Strit. T. III. C. 4. ) eluceat, Gyulæ Ducis Cumano, duxisse Osui, A. 1070 ad Nyirensem Ladislai Ducum per Mezefinam superiorum portam ( p. 189 nos. v ) ingressos & egressos, Moldavia in superiorum & Podoliæ; Tyrachi vero Patzivacas & Cumaniæ exitos ) adhuc A. 1090 in Bulgariam diffusos, Moldavia in interiorum & contiguum levic ad Orum pre- vias;

'Abasum amorem sitæ , Marchio (t). Quaræus por-  
to *Ludovicus Comes*, mihi est Diocleatis ( C.  
33) *Lutovidus*, *Regionis Chelmanæ vel Chul-  
miæ* ( u ), aut *Sirmiæ ulterioris Princeps*, ex

Agræ-

Vincias incoluisse : Tyraçh & Gyula Cumaniam hanc  
non modo ex paterna Leventz seu Kiltéri successio-  
ne divisiisse, verum etiam Gyula sive Gilko, Palati-  
nus, Andreæ , ad summum Hungariæ Principatum  
ejecto, in contigua Russia Hungarica successisse cen-  
sendi sint.

s) Annal. Saxo ad A. 1055 t ) Hansiz. Germ.  
Gadra T. I. pag. 188.

u) Regionem hanc , fluviiis Rame , Moracæ albo-  
que Driloni affusam , Gregorius IX. Pont. A. 1222  
**ULTERIORREM SIRMIAM** respectu CITERI-  
ORIS ( hodiernam Bosniam & Sclavoniæ Panno-  
niæ partem , complexæ ) SIRMIÆ vocat ( ap. Kat.  
Hist. R. T. V. p. 544 ). Vetusissimus Codex Græ-  
cus , per Jacob. Gothofred. Latine redditus , & A.  
1628 editus , dç veteri Pannonia refert : “ Panno-  
nia habet Civitates maximæ , puta Sirmium &  
Noricum ( Vindobonam ), “ Dç Sirmio urbe A-  
vemius , Sirmiensis A. Eppus jam A. C. 381 in  
Aqvilejensi Concilio pronunciavit : “ Caput Illyrici  
nonisi Civitas est Sirmiensis . “ Urbe hac per  
Budam , Atilæ fratrem , A. 441 ( Hansiz. I. c. p.  
61 ) funditus eversa , tam secularis quam ecclesiasti-  
ca omnis potestas Thessalonicæ substitit ( Justiniani  
Imp. Nov. 11 ), donec harum posteriorem Justinia-  
nus Imp. ambente Vigilio Pontifice , Achridam ( Ju-  
stinia-

Arpadano sanguine propagatus (v). Quintus  
Ireneus, est Ernehus Austriæ (dotis videlicet  
maccinæ) Dux. Sextus est Vid, Comes Ba-  
Q & csiensis

Riniacum I, a suo nomine dictam) transtulisset, ac  
Sirmio uectaque instaurato, nonnisi Eppum illocas-  
set. Eucherius, Sirmiensis Eppus, adhuc sub Hun-  
no - Avaris A. 517 legitur oecumenico Sardicensi  
Concilio subscriptissime. Arpadanis porro Hungis ad-  
venientibus, uxore Sirmio iterum eversa, Sirmiensis  
Clerus Ulpianum, Dardanique urbem (Justissam II)  
concessit, & Sacrorum Praesides partim vetus Epi-  
scoporum Sirmiensium nomen retinuerunt, partim  
vero, quod S. Irenei, Sirmiensis olim Eppi & reli-  
quias transstulerint, novamque hanc Ecclesiam S.  
Irenaeo dicoaverint, testantibus Hung. Regum Diplo-  
matibus, S. IRENÆI (Slavis vix Sivatim Crenat-  
i, hoc est : ac S. Ireneus, contracte (Vid. Hüba.  
T. II. p. 485. hodiecum Příšereno) & KÉU Ec-  
clesiarum aliumserunt, quarum nempe posterior ex  
Monasterio KUE vel KUHE [quod Belus Geuze  
H. avunculus, Palatinus una & Sirmiensis totius Regio-  
nis, non hodierni præcise Comitatus Dux vel Banus  
[Turócz. P. II. C. 65. Bonf. L. 6. Otto. Frk. I. I. C.  
2.], ad amnam Zermiza, paludes Plava & Zenta  
decentem, unde scilicet Regio hæc Dioecati quo-  
que [C. 22.] Sremia, sive Sermia vel Sirmia di-  
citur, olim fundaverat] erecta, subinde priori [Cf.  
Kat. I. c. & T. IV. p. 512 - ] adjecta fuit.

v) Australi quoque Slavoniz jam inde ab iherio Duces  
Hungaricæ Ducum propaginis præfuisse doceunt sequentiam

Adeo

*cfiensis*, qui de genere Ducum ( Turotz. C. 52. ) non fuit, & Hungaricum Geyzæ Ducatum,

---

nymus Notar. [ C. 7. 45 ) testatur , Zuardum & Cadusam , filios Hulek [ Almi quippe Ducis avunculi , quem Nestor Olegum vocat ] Macedoniam & Illyridem Græcam subjugasse , ac Zuardum , ducta uxore Græca , ibi quoque mortuum fuisse. Diocleas [ C. 14. 15 ] Vladimirum Sclavoniae orientalis vel Sirmiae Regem [ quales peculiaribus illecebris induitos , denominandi jus Imperatores Græci , qui se ΒΑΣΙΛΕΑΣ vel ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΣ , alios autem Principes , incluso Imperatore Germanico , ΦΗΓΑΣ vocitabant , sibi arrogabant ), Arpadis , quem pro Atila per eminentiam habet , Ungariorum Regis ( Constantino Porph. rectius MAGNI Turciae PRINCIPIS ) filiam duxisse , firmamque inter Ungaros & Sclavos pacem subsecutam fuisse perhibet. Sclavoniae porro hujus Dux erat Zaar sive Albus vel Calvus Zirind ( Turotz..C. 28 ) , quem Constantinus Porph. ( de adm. Imp. C. 40 ) Phalea hoc est : Album vel Calvum vocat , Arpadis pronepos , cuius nempe filius Cupa , attributo sibi Comitatu Simighiensi , una Sirmiensis ( ex paterna successione ) Dux fuisse ( ap. Syörény. Vindic. Sirm. p. 221 ) legitur. Sanctus denique Stephanus confecto bello Bulgarico & Sclavico , propatrum suum nomine Zoltan ( qui a Constantini Porph. Tase alter vix erit ) Dalmatiæ , seu transsilvanis Sclavoniae partibus ( Turotz. C. 30 ) , in hereditatem quoque acceptis , præfecit. Ut adeo neque mirum amplius esse debeat , quod S. Eme-

tum, Bachiensi suo Comitatui ab Orcu contiguum, ambiebat. Ita etiam subscripti Comites reliqui non *Partium*, sed Hungariæ Castrorum erant Comites, quorum, prout & subscriptorum aliorum Regni Baronum, explicatio isthuc non pertinet.

In harum subscriptionum nexu RR. Pray producit fragmentum Diplomaticis (x), quo *Petrus Comes Abbatiam, Zaxsy dictam, crexit*, in hæc verba : “ Tandem ego Comes „ Petrus rogavi Regem ( Salomonem ) cum „ Duce Magno ( Geyza ) & cum Duce La- „ dislao -- . Ut autem hoc meæ concessionis „ donum sequenti ævo inconvenitum perma- „ neat, testimonio aliquorum nominum at- „ testari fecit Rex Salomon, Dux Magnus, „ Dux Ladislaus (*sequuntur nomina Testium*): „ Archiepiscopus Varsii ( *Laurentius quippe Spalatensis* ). Episcopus Jeronymus ( ne- „ scio qualis ). Episcopus Alexius ( No- „ nensis ). Palatinus Comes Radowan. Co- „ mites Erney ( *Ernestus Ostricbiæ & Austriae* „ *O s Dux* ).

**Emericus Dux** filiam Cresimiri II uxorem accep-  
rit, Bela I filiam suam Suiimiro elacaverit, Be-  
la doneque II filiam Urosii, Serviaë Banii, duxerit.

x) Apud Kat. T. II. pag. 222.

2) Dux J. Comes Wydus. Comes Markuch.  
3) Comes Illya. Comes Pethe. Comes He-  
tay. Comes Martinus. Comes Vessar.

S. Stephanus *Expeditionum bellicarum*,  
in quibus totam etatem suam contriverit, men-  
tionem facit (y). Haecum præcipua maxime-  
que diuturna inde ab A. 1002 fuit, quam  
contra Keancum (z), seu Joannem, Gyulæ ju-  
nioris, Ultra Silvaniæ; necnon Vazulis, Cumæ-  
niæ Ducum, fœderibus implicitum, Bulga-  
rorum orientalium; dein Samuele, Patrio e-  
jus, A. 1014 fatigatus cedente, etiam occidenta-  
lium (a); denique his finitimorum quoque  
Slavorum, Vladimiro Regulo perfide sublato  
(b), Ducem, sibi continuo rebellem, suscep-  
pit, ac nonnisi A. 1018, Keane, ad Pyrra-  
chium cæso, visitatisque hinc Romæ, in con-  
testandam grati animi voluntatem, SS. Pe-  
tri & Pauli Apostolorum (c) liminiibus, glo-  
riose

y) Decretor. L. I. §. 6. 2) Turätz. C. 30. z)  
Cedren. T. II. p. 226. - Eterum Bulgari orientales,  
qui se obiit etans Hænum in Zagoriam, ipsamque  
adeo Macedonia dilataxunt, Preslavam ad Pod-  
ium Eutinum; occidentales autem Preslam [hodie  
Achridam] ad fontes nigri Drilonis, Metropoles ha-  
buerunt. b) Vladimirus iste, alterius Vladimiri [est].  
c) abdatus erat. Cf. Diocles. Hist. Rega. Slavora.  
c) Turätz. C. 34.

riose terminavit. Eadem occasione Stephanus Dalmatiæ superiori, sive orientali, loco peremti a Kiane Vladimiri, ex Arpadana filia propagati, *Gislaum*, Cedreni Nestongum; mediæ Dalmatiæ ac ulteriori Sirmiæ *Svetoslavum*, Cedreni Sermonem (d), Cresimiri II, Croatiæ ac inferioris Dalmatiæ Regis, juniores natu fratres (e), velut proximos Vladimiri cognatos, praefceit. Atque hujus Cresimi-

ri

d] Cedren. l.c. p. 715 - 717. *Svetoslavum* Graeca licentia Sermonem ideo vocat, quod Sirmiæ vel Sirmiæ ulterioris Domiūus fuerit, quem Diogenes, contigut occidentalis Bulgariae Praefectus, ad amorem Zerniza evocatum, pessima fide interiecit. Lupus Protospata fusam Cedreni narrationem breviter ad A. 1024 complectitur: "Et barchavit [navigavit] Bulgarus in Cuxbatiam [Croatiam, quam isthic ad superierem Dalmatiam] & sinum utriusque Drilonis ostiorum exteadit ], & comprehendit [ex mandato Diogenis] ipsam Principissam, uxorem [vidua] Cosmici [Svetoslai, ex Croatico SVET, quod Græcis COSMOSe est, ac utrisque Mundum significat, ita compellati ] , & adduxit illam iuxta Bari [Apulia oppidum], misitque illam cum filio suo [Stephano, qui Voistlavus quoque dicebatur, subinde [Ceder. l. c. p. 745] Serviam veterem, sive Thessalonicensem occupaturo, atque in filium Michaelem derivaturo] CPolim: "

e] Luc. Edit. Schwandt. L. II, p. 123. 126. 165.

ri nepos erat Petrus Comes, vel Cresimirus  
III. (f), qui memorata in Regno suo Zaz-  
tyenciarum Abbatiam fundavit.

R-

f] Qvum Salomon Rex & Geyza, Dux Magnus,  
Regios in Partibus, Hungariz abnoxiis, titulos [ Cf.  
Diocleat. C. 19. ], a CPolitanis Imp. obtrusos ro-  
llerare nollent, factum est, ut Petrus iste in Dona-  
tione, quam A. 1069 [ ap. Luc. p. 124 ] pro S.  
Grisogoni Monasterio fecerat, se Croatiae ac Dalmatiae  
JURA GUBERNANTEM; in præcitata ve-  
to Zaztvensi, per Salomonem Regem & Geyzam,  
Ducem Magnum; confrmanda, se, prout slii Duces,  
COMITEM vocaret. Petro interim Cresimiro, ac  
præcipue Clero & Nobilitate, potiori parte Phocio  
addictis, Regium tiendum, prioresque Magistratus  
[ Luc. p. 154 ] aulicos retineri cupientibus, iuno Gra-  
cas quoque Imperatorum epochas aliquando provo-  
cantibus, Eisdem, licee Stephanum [ p. 140 ] filium  
habuerit, A. 1070 Svinimirus, Turotzii [ C. 56 ]  
Zolomerus, Geyza affinis, Croatiae Dalmatiæque  
Dux, quem populares Banum ( Luc. p. 157 ) voca-  
bant, velut Corregens, ad Successionem destinatus,  
adjiciebatur. Petro ad plures A. 1073 abeunte,  
aliquis e Slavizorum gente, Gracis, Nicephori Ca-  
rantenii ( Ceder. l. c. p. 850 ), ac Venetis, Demini-  
ci Contarenii ( Cf. Luc. p. 132 ) auxiliis adjutus,  
tyrannidem oecupavit. Verum, Salomone Rege ac  
Duce Mægno Geyza, cum exercitu actuum eom-  
parentibus, Caranteni Contarenique cohortes ( Tu-  
rotzii quippe C. 47 Corinthii ) proficaxæ sunt, Si-  
vix.

*Radomen*, Comes Palatinus, est  
ille, quem Turczius ( C. 50. ) filium Bu-  
gar

---

vizone ipso per Comitem Amicum { sub quo Ber-  
noldus, Sveviae Carinthiaque Dux, Ladislai, Nvi-  
rensis Ducis, sacer, cuius, hoc bello absentis, Du-  
catum Henricus IV abstulerat ( Lamb. Schaf. ad  
A. 1073 ) & Marquardo cùdam, propinquo suo, in-  
actice contulerat, latet ] capro, Suinimirus post ejus-  
etum A. 1074 Salomonem, annuente Magno Duce  
Geyza, & Gregorio VII in ita dictum Croatiae &  
Dalmatiae Regem A. 1076 per vexilli, ensis, sceptri  
& corona collationem investitus fuit. Emissus a S.  
Ladislao Rege dominium in Croatiae & Dalmatiæ,  
vivente adhuc Suinimiro, affine suo, exercitum faci-  
se, vel ex eo pater, quod Eppatum Zagrabensem A.  
1085 [ Bombard. Topogr. Hung. p. 236 ] fundave-  
rit. Juvat extractum Privilegii Andreæ II [ ap.  
Kertsel. Hist. Eccl. Zagr. p. 2 ) adhuc subjicere :  
„ Quoniam ultra Dravi fluvium limes seu terminus  
„ Quinqueecclesiensis Ecclesie nondum fuerat fimbri-  
„ litus, qvum sanctus Rex Ladislauus primus transfi-  
„ verat Dravæ fluvium [ Muræ flumini ad Legra-  
„ dinum, ubi Rado Palatinus Ecclesiam in honore de  
„ S. Michaelis Arch. Dicecesano Quinquecccl. Eppie  
„ Mauro subjectam, fundaverat, se miscentem ], &  
„ Partes ubi Sclavonicas [ occiduo - australes, trans-  
„ dravanam nempe hodiernam Stiriam, Carinthia  
„ Carnioliam, ejecto Marquardo, collataque Luitpoldo  
„ Pulchro, Austriz Duci, filio scilicet Ernesti  
„ [ de Rubeis Mon. Eccl. Aquilej. p. 537 ], Cas-  
„ tinia, jure Hungarico gubernanda ] Regno pe-  
„ mar.

gar (g), sive Bulgari, fuisse innuit, Anna ve-  
ro

---

„num occupavit adjecto, ubi & sedem [ in ipsis  
„hodiernæ Carniolæ confiniis ] fundavit Eppalem,  
„videlicet Zagrabensem. “

g] Sic *Anonymous Not.* [ C. 39. 41 ] Bulsum  
[ Constantini Porph. Bultzum, TERTIUM TUR-  
CLÆ PRINCIPEM & KARCHAN, Kale itidem  
KARCHÆ filium, Cedreni Bulosudem ] testatur fuis-  
e filium BOGAR, hoc est: Bulgari, eminenter ac-  
cepti. Cedrenus porro ad A. 948 [ T. II. p. 636 ]  
perhibet Bulosudem, Turciæ Principem, CPoli bap-  
tizatum, magnis muneribus ditatum & Patricii digni-  
tate ornatum, ad sua redivisse, non multo post au-  
tem Gylam quoque [ nobis Gyulam Ultrasilvanæ  
Principem ] eodem fine CPolim advenisse; Hierothe-  
um Monachum, a Theophylacto Patriarcha in Eppum  
Turciæ designatum, secum accepisse; Gyulam quidem  
in fide permanuisse; Bulosudem vero pactis, quæ cum  
Deo inierat, rescissis, saepè cum suis in Romanos  
expeditionem suscepisse. Ut adeo vel ex hac frequen-  
ti hostilitate, Græcis illata, pateat, eundem, licet  
Bulsi & vo Simeon hujusque filius Petrus, Bulgariæ  
Reges, a Græcis compellati fuerint, superiorem his,  
nomine Hungarorum Bulgariæ Ducem, qui Græcis  
arma pro arbitrio intulerit, prefuisse. MAGNO  
[ not. v ] ac TERTIO Turciæ Principatibus, jam  
indicatis, etiam SECUNDUS designari debet. Con-  
stantinus Porph. testatur, summas apud Turcos du-  
as Dignitates fuisse, quarum una GYLAS major  
fuerit, quam altera KARCHAN. Addit præterea

Pha-

ño Comnenia Radomerum vocat (h). Postquam enim militares Hungarorum in Bulgaria coloniae, per S. Stephanum haud suppletæ, inde

Phalitzinum, Árpadi ex tertio Jutoza filio nepotem, dum hæc circa A. 951 scriberet, PRINCI-PATUM tenere: atqui idem, velut curiosus rerum Hungaricarum indagator, nescire non poterat, eo tempore Taxin suam, sive Toxum nostrum, fuisse Magnum Hungarorum Principem: igitur Phalitzini Principatum ad maiorem e duabus præcipuis Dignitatem retulit; hæc autem alia non est, quam Palatini Comitis, qui olim populariter GYÜL-ES, hoc est: COACTOR & DUX exercitus, prout KAR-KHAN Magni Ducis JUDEX CURIAE vocabatur.

b] Ap. Stritter. T. II. p. 670 ad A. 1081 - "A-lexius Augustus, bello cum Patzinacis involutus, inops consilii, Radomerum accersit. Vix hic erat ex Bulgaris oriundus, domo nobilis, & materno genere ad consanguinitatem attinens Auguste Matris nostræ [Isacius enim Comnenus, adhuc privatus, Catharinam Joannis, vel Keavis, a S. Stephano ad Dyrrachium cæsi, filiam [Niceph. Bryen. p. 17. Cedr. I. c. p. 800. Scylitz. p. 812] uxori rem accepit ]. Hunc exploratum ire, - & - certata renunciare jussit. Ut adeo Radowanus, Joannis ex Aarone filio, A. 1048 Mediae a Græcis præfecto [ap. Stritt. T. II. p. 649. 458. T. IV. p. 305] nepos fuerit. Bulgaria orientali, & contigua huic nova ad Istrum Servia Geyza virtute A. 1072, 1073 Græcis irrepentibus crepta, qvam Geyza Regio[n]i

inde a Bulfi , filii Bogar , Bulgariæ Ducum , temporibus , ad paucitatem , Græcorum injuriis expositam , redactæ fuissent , Andreas Rex , Patzinacarum eorum , qui planicies , a Borysthene fluvio ad Pannoniam usque porrectas

gioni huic , non Radowanum Palatinum , velut a Patre Avoque , perfidiæ notatis , propagatum , & Patzanos , militaribus Græcorum obsequijs addictos , habentem , sed Petrum Bodinum , Michaelis , Serviæ Thessalonicensis Reguli , filium [ Cedr. Zonar. & ap. Stritt. T. II. p. 662 - ) Turōtzianum ( C. 52 ) Petrud , Bulgariæ orientali ; Boitachum porro , a Kuu - Khanis oriundum , Turōtzianum Zouruk , australi ad Scardum Serviæ ; Bestarchem denique , Turōtzianum Bykas , boreali ad Istrum Serviæ præficiendos censueret , Radowanus , injuriam sibi fieri ratus , non modo cum Salomone ac Vido in perniciem Geyzæ ( Turōtz. C. 50 ) conspiravit verum etiam novos Bulgariæ Serviæque Principes hos ad Geyzam , immediatum Duceum suum , prodendum ( C. 52 ) induxit . Salomone interim A. 1074 ad Monyurod profligato , & Geyza in Solinum ejusdem evecto , male sibi metuens , cum Boitacho ad Michaelem Ducam Imp. effugit , ac ille quidem copiis Græcis præfectus est , iste autem non sustinens verberum cruciatus , expiravit , Petrus denique Bodinus , in Bulgaria redux , a Saronite , Græcorum Duce , captus , & CPotin missus , Antiochiam relegatus , ac pawopost a Patre Michael reductus , ad sua reversus est .

Ad Bulgaricum , a Turōtzio ( C. 50. 51. 52 ) relatuum

rebas, incoluit, & Regis ( hoc est: Regibus Hungariae obnoxii ) dicuntur ( i ), ingenitem, Tyracho Duce multitudinem, ad octingenta millia evalentem A. 1050 Bulgariæ infudit. Vicitis Græcis, & induciis ad tricennios annos compositis, novi hospites diversa Bulgariæ ac Serviæ loca insederunt. Unde factum est, ut Perusianus, Alusianus, Aaron

P

&

jatum, bellum pertinet illa Nicephori Beyennii ( ap. Stritt. T. II p. 401 ) narratio: " Imperator Michaelis curis innumerabilibus conflictabatur, Scythis, quidem ( seu Patzinacis, quibus in australi ad Sacram montem diffusis, & ad LX millia evalentibus, Boitachus præfuit ) Thraciam & Macedonia in cursantibus, Sclavonorum ( Servianorum Thessalonicensium) vero gente ( memorato Michaeli Regulo obnoxia ) jugum Romanae Dominationis excutientibus & Bulgariam ( occidentalem ) rapinis arcti incedentes agente feranteque, Scupi quoque & Naissus vastabantur, quin ipsum etiam SIRMIUM [ Dalmaticum, Zolometo [ nos. f. ] restitutum ], & quæ circa Sagam abnam [ Siumi Thessalonicensi ex Olympo mox illadentem, a quo nomen Comeniatæ [ ap. Stritt. T. II. p. 95. Sagudati, & Aene Comenæ ( ibid. T. III. p. 275 ) Sagidaos oppidum dicuntur; non igitur, prout hactenus putabatur, SAVIAM sive Savuti fluvium ) sita sunt oppida, quæque ad istrum jacens Civitates, graviter laborabant."

i) Cedren. Zonar. ap. Stritt. T. III. C. 4 & 5.

& Ibatzœ, Joannis ad Dyrrachium cœfi ( *Tus  
ebrianii Keans* ) filii, paternum Regnum in-  
staurare satagentes, ad Græcos dilabenteret,  
Radowanus tamen, Aaronis filius, ad Hunga-  
ros delatus, in Palatinum constitueretur. Ce-  
teros Comites, velut æquic non Partium, sed  
Hungariæ *Castrorum* Comites, indagare, pree-  
stitutam brevitatem excedit. Quod Bohem-  
niæ ac Moraviæ Comites, vel Duces, attinet  
nullibi ad Belæ ævum, in ea ñea Diploma-  
tum raritate, nisi fors in memorato, fundatio-  
nali Sexardiensis Abbatiaæ anni 1061 privile-  
gio, Sbigneus, eodem anno mortuus, aut Wra-  
tizlaus, frater ejusdem junior, continetur,  
subscriptos reperi. Quia tamen Wratizlaus,  
Moraviæ Comes, Bracislai, Bohemiæ Ducis  
filius ( quem nimicum Sbigneus fratres  
Patri suo, circa medium Januarii 1055 copi-  
as contra Hungaros ( k ), quod ad Scyrb-  
eam superstitionem reverti probiberentur, Re-  
gi filio rebelles, educanti, ad Chrudim ex-  
stincto, succedens, Moravia ejecerat, Andre-  
as vero ad se con fugientem non modo be-  
ni-

1) Cosm. Prag. Mencken. T. I. Col. 2030. Ap-  
p. Saxa ad A. 1053, Dubzav. Hist. Boh. L. 7.

signorecepit, verum etiam Adelhaide filia eisdem (l) elocata, Moraviam illico restituī fecit) nōq[uo]d arditiōsi cum Hungaria vinculo illigatus fuerit, Sibignus auctem Teutonicos omnes, ipsamq[ue] adeo Juditham Matrem suam, Giselae ac Richezæ vestigia sequenteq[ue], e Bohemia expulerit, inter Ducas, Andreæ ac Belæ Regibus fideles, prout Adalbertus, Ernestus & Leopoldus Pulcher Austriae erant, censeri debent.

E paucis igitur, nūm opere contradicis, Observationibus his, quārum in rem historiæ eam longe plures, justum Tomum effecturas, habeo, Historiophili advertent, quantis hīsib[us], non dico, erroribus & præjudiciis, informie adhuc sit Hungaricæ Historiæ Systēma, Liceat proinde mihi, ad aliquam e publicis, properante senio, Bibliothecarum, a pluribus annis transferri, ut fontes consulere, Opusque meum, *De Iuris & Possessorii Hungarorum sive Hungarorum vicissitudinibus*, inde a prima eorum per Asiam, postea ipsam quoque orientalem Europam, diffusione, in sex Periodos digestum, una cum necessaria Map-

pā edere potuīsem, .. anhelanti .. excla-  
mare :

Huc Cives! vos fama vocat: dispellite nōtūm  
Historiæ veteris; fax erit illa novæ.

Huc, inquam, vos fama vocat, quos gloria  
Gentis

Justa tenet; nec enim sufficit una mantua.  
Omnia non omnia, verum omnia possimus  
Omnes,

Ut merita cœptum laude perennet opus.  
Præjudicata probis cedant, inventa polite,  
Non tam, qui dubitat, quam docet, Argua  
Ovae.

Leutschoviæ 27. Januarii  
1798.

Joannes Bárdósy  
I. Comitatus Scepusien. Ta-  
bulæ Judriæ Alteffor, Reg.  
Leutschov. Gymnasii Direc-  
tor, & Librorum Censor.  
m. p.

\* *Pagina 165, linea 14, laco vocis Atilæ, po-*  
*matur Atilani, & Parenthesis immediate se-*  
*quens, non subduta, subducatur.*

## C O R R I G E N D A.

In Epitome linea 7. Commercialis

pag. 1. Periodus prima minutetur ita : Hungaria , inclusa Sclavonia , & Croatiæ Dalmatiæque parte sita est intra 44 & 50 Latitudinis 32 & 44. Longitudinis Gradum, - - Climate 12 Longitudinis Gradibus diverso.

pag. 12 Lin. 23 florenoruim

p. 15 L. 22 ad Vocem Budensis , addatur : Materiarum Sericæarum Pestiensis

p. 28 L. 4 loco vocis nullum : exiguum

p. 32 L. 9 ad vocem Ugociensibus , addatur : Szegedinensibus , Szatmariensibus Debröensibus

p. 39. L. 17. Opulentia,

p. 106. L. 22. Industria.

p. 114. L. 16. Parenthesis ponatur post vocem Austriacæ.

p. 130. L. 25. Vocabula cum ponatur post vocem Duplum.